

Alte Drucke

De RATIO=||NE CONCIO-||NANDI.|| LVCAS OSIA-||DER. D.||

Osiander, Lucas

Wittenberg, 1597

VD16 ZV 27223

DE RATIONE CONCIONandi.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148504

DE RATIONE CONCIO.

nandi.

Duo sunt praecipua officia Concionatoris: Primum, ut textum Biblicum recte, dextre, & per spiculē explicet. Alterum, ut ex textu illo, quem explicandum suscepit, salutares doctrinas (quas vocant Locos communes) proponat, & auditorum animis infigat. Dicam igitur primò de eligendo & explicando aliquo loco scripturæ: deinde, de Locis communibus eruendis & tractandis agam: Vbi etiam de Inventione, Dispositione, Elocutione, Memoria, & Pronunciatione seu Actione sparsum (pro ratione huius nostri instituti) dicetur.

DE ELIGENDO BIBLICO

Textu Cap. I.

Singulari consilio constitutum & antiquissima, eaque optima consuetudine in Ecclesia Dei receptum est, ut Concionatur initio textum aliquem Biblicum recitent, quem explicandum suscipient: vt videlicet eius dextra & sincera interpretatione auditores de rebus ad ipsorum salutem spectantibus

2 DE RATIONE

doceantur, errantes & delinquentes in viam reuocentur, infirmi & perturbati erigantur, & seigniores ad bona opera excitentur. Itaque cum Christus in Synagoga Patriæ suæ Nazareth textum Biblicum ex Isaia recitasset, (vt refert Lucas Cap. 4.) statim eundem explicandum suscepit. Debent enim ea quæ auditoribus proponuntur, textui Scripturæ, tanquam firmissimæ basi aut fundamento solido, inniti. Et quidem doctrinæ illæ, exhortationes, repræhensiones, consolationes, ex ipso texture rectè explicato ducendæ sunt. Quæ enim nihil ad scripturæ pericopam, quæ recitata est pertinent, alieno loco dici & ab animi affectu magis quam ab officio docentis profecta videntur.

Eligantur autem scripturæ Canonicæ, quæ pro Concione explentur. Etsi enim scripta Apocrypha veteris & Noui Testamenti, multas saluberrimas doctrinas complectuntur: tamen cædem etiam in libris scripturæ Canonice

niciis copiosæ reperiuntur. Quorū
igitur attinet , explicandum suscipere
librum aut dictum scripturæ , cuius au-
thoritas sit in dubio , cum idem ex ijs
libris doceri possit , qui indubitatam
authoritatem iam inde ab Apostolo-
rum temporibus obtinent & Neque ta-
men , vt peccatum , damnare velim , si
quis ex Apocrypho scripto pericopam
explicandam recitet : tantum monere
volo , quæ ratio tutissima sit , & , meo
quidem iudicio , utilissima .

Apud Ecclesiæ quasdam ysu rece-
ptum est , vt quotannis diebus Domi-
nici & Festis Euangelia (vt vocant) do-
minicalia in primaria seu matutina con-
cione explicitentur . Hæc consuetudo , si
auditores sint rudes & simplices , non
temerè est mutanda . Quæ enim quo-
tannis recurrent & repetuntur , altius
memoriæ insiguntur & tenacius hæ-
rent ; tametsi non nego , utilius factua-
ros fuisse veteres , si in excerptis il-
lis pericopis alicubi exquisitiorem de-
lectum adhibuissent . Ac in præcipuis

A 5 Festis

DE RATIONE

Festis (qualia sunt: Nativitatis Christi, Circumcisionis Annunciationis, Mariæ, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes, Trinitatis) prodest præcipuas historias & doctrinas de tantis rebus quotannis repetere & inculcare: ut quasi in sublimiore loco collocatae, magis sint conspicuae & in animos hominum altius descendant. Et qui in eiusmodi Festis, in quibus præcipui Articuli Christianæ religionis tractari solent, alias quasdam & ab eo tempore alienas materias pro Concione proponunt, ferè aut iudicio aberrant, aut aliquid monstri atere solent, quod cum Ecclesiæ detrimento aliquando erumpit.

Vbi vero tales sunt vel personarum vel temporis circumstantiarum, ut libetum sit Pastori Ecclesiæ continuum aliquem & cohærentem textum Biblicum pro concione explicare, sūaserim, ut festis diebus unum ex quatuor Evangelistis interpretandum luscipiat: diebus autem profestis aut Epistolam aliquam Apostolicam, vel acta Apostolorum, aut ex veteri Testamento librum

CONCIONANDI.

brum historicum, vel Prophetam, pro
captu auditorum, Interpretetur. In eli-
gendo autem scripto (vel Novi vel ve-
teris Testamenti) Minister Ecclesiae di-
ligenter obseruet tempora & personas :
ut omnia ad instituendam, corrugendam
& consolandam Ecclesiam dirigantur :
& quo remedio auditores maxime opus
habere videbuntur, in eo ex sacris literis
de promendo diligentissime elaboret.

Neque tamen Concionator ita sit
ad librum aliquem Biblicum, quem ex-
plicandum suscepit, alligatus, ut (incidente
aliqua necessitate vel suadente spe-
rata insigni utilitate) non liberum sit
ipsi, ad tempus seponere ordinarium
textum, & aliam Scripturæ meteriam
in manus sumere. Quia in re commo-
dissimi videntur Psalmi Davidis, qui
continent varias Materias : quippe quo-
rum ali⁹ Ecclesiam simpliciter docent :
ali⁹ exhortantur : ali⁹ consolantur : ali⁹
proponunt formas exquisitissimas ar-
dentissimarum precum : ali⁹ habent for-
mulas elegantissimas gratiarum actio-

nis

D B R A T I O N E

nis & laudum diuinarum. Est Prophe-
ticis verò scriptis (præter suauissimas
consolationes) etiam excerpti postulat
grauiissimæ obiurgationes & repræ-
hensiones acres corruptelarum, quæ in
mundo hodie regnant. Fiat autem dis-
cessio ab ordinario textu (vt modo dis-
xi necessitate aliqua, aut spe eximiæ vi-
litaris) inde consequendæ: non leuitate
aliqua, vt ab uno ad aliud subinde des-
labamur; quæ res non modo auditores
facit languidiores, & circa studium ver-
bi Dei frigidiores: verum etiam in
Concionatore arguit fastidium erga
scripta Biblica; quæ tamen summa ala-
critate et auditate erant discenda et do-
cenda.

Cumq; Concio aliqua requirat pec-
culiarem textum: quod sæpe fit in so-
lenni copulatione nouorum Coniugum:
item in funeribus: vel quando nouo
Ecclesiæ Ministro, verbi Dei & Sa-
cramentorum Ministerium est com-
mendandum: tum Concionator potissi-
mum talem sententiam aut historiam

scri

C O N C I O N A N D I

scripturæ eligat, quæ in se continet
præcipuos illos locos, quos tractare
decreuit: ne si textus Biblicus, qui præ-
legitur, sit à materia præsenti alienor,
omnia quæ dicuntur, sint coacta, & ad
negocium non satis pertinere videan-
tur. Et qui per multas ambages ad res
de quibus dicere proposuerunt acce-
dunt, in septe acumen ingenij ostentant,
& ex quo cum fructu docent.

D E E X P L I C A T I O N E

Textus Biblici.

O Mnino autem necessarium est Con-
cionatori, ut textum Biblicum
quem alijs explicandum fulciperit, ipse
recte & dextre intelligat: ne oracula
Spiritus sancti in alienam sententiam
detorqueat. Etsi enim antiquis qui-
busdam Scriptoribus (qui vel Hebraic-
æ vel Græcæ linguae cognitione de-
stribuebantur, & vulgata Latina trans-
latione contenti esse cogebantur) con-
donari potest, quod aliquoties senten-
tias Biblicas non satis aptè explica-
runt: tamen in hoc felici seculo (Vbi
lin-

linguarum simul & reliquarum artium studia florent, & translatio Bibliorum germanica D. D. Lutheri, alijsq; multi eruditii Commentarij extant) reprehensione digni sunt, qui non attendentes ad propriam & genuinam, alicuius dicti Biblici sententiam, coactas Textus explicationes afferunt. Quamvis etiam non sit scelus (ex ignorantia) alienam, sed tamen piam sententiam adducere, tamen doctrinæ, quæ inde extrahuntur, non satis solito fundamento nituntur.

Etsi antem Minister Ecclesiae præsertim (eruditior) in eo elaborare debet, ut ipse suo marte, veram & genuinam textus sententiam eliciat, & non modò principalem propositionem, sed & singula membra orationis, singulas phrases, & omnia deniq; vocabula, teneat, atq; intelligat; de qua re paulo post prolixius dicetur: tamen quia id paucorum est: sèpè etiam temporis breuitas non permittit, ut singula quisq; sua industria eruat: non posset aut pigeat Ecclesiæ Ministrum (etiam si doctus sibi videatur) Clarissimorum Theologorum

CONCIONANDI

rum (D. Lutheri D. Brentij, aut aliorum qui sinceri fuerunt aut sunt) explicaciones inspicere; idq; non modo propter interpretationem textus: verrum etiā propter Locorum communium inuentio- nem. Multas enim illi saluberrimas do- strinas ē textu Biblico (tanquam ē the- sistro amplissimo) proferunt, quas popu- lo magno cum fructu, proponere pos- sumus : neq; tamen eas nostra fortasse perspicacia vidiſsemus, nisi illi nobis eas- dem digito commonstrarent.

Quod autem syncerorum Theolo- gorum Commentarios inspicere iur- beo, haud abs re facio. Non detraho aliorum eruditio- , industria- , & la- botibus : sed tamen intelligo, quanto cum periculo iuniores Ecclesiae Mini- stri (qui nondum satis sunt aduersus om- nes errores confirmato iudicio) in scriptis quorundam Theologorum, qui impuri sunt versentur. Spargunt enim Theologi non sinceri errores su- os paſſim in suas lucubratiōnes : etiam ijs locis, vbi de istis controuersijs (in quibus illi à veritate aberrant) non ex- pro

professo agitur: ideoq; minus ibi ca-
uent sibi simpliciores: & errores incau-
ti imbibunt, & seducuntur, priusquam
id animaduertant. Cum enim in falsa
aliqua argumentatione maiorem au-
minorem propositionem (foco pictam)
alicubi repertam, amplectuntur: po-
stea è conclusione sese expedire & ex-
tricare non amplius possunt: itaq; im-
prudentes laqueis errorum implican-
tur. Mirum autem est, quosdam paulo
elegantiore stylo latini sermonis ita ca-
pi, ut è fontibus venenatis, quam pu-
ris & salubribus bibere malint. Sed
& Scriptores illi impuri sacras literas
minime dextre tractant, earumq; vim
interpretatione sua eneruant: & frigi-
dè derebus maximis docent: atq; ad
ostentationem eruditionis magis, quam
ad Ecclesiæ Christi ædificationem respi-
ciunt. Quidam etiam magis Iudaicas
interpretationes vel potius sacræ Scri-
pturæ, quam piorum Theologorum
explicationes sequuntur, & cum Iude-
is (cæcis & amentibus hominibus) rab-
bini.

binitant. Hinc sit, ut etiam clarissima scripturæ dicta de Christo, eiusq; æterna diuinitate magis eludant, quam explicit.

Ac ne quis putet, me in hac re alii quid priuato affectui tribuere, recitas bo ad verbum, quorundam locorum scripturæ interpretationes, quæ sunt in libris **JOANNIS CALVINI**: qui tamen inter omnes Theologos (aduersantes pontifici Romano, & Augustinæ Confessioni) doctissimus habetur. Is primam illam dulcissimam promissionem de Christo, primis nostris parentibus in paradiso dictam, (in Commentario suo in Genesim, pag. 29.) sic interpretatur.

Inimicitias ponam inter te & mulierem: & semen tuum, & semen illius: ipsum conteret caput tuum: & tu insidiaberis calcaneo eius. Simpliciter interpretor (inquit Calvinus) hostiliter semper fore dissidium humano generum cum serpentibus, quale hodie cernitur. Fit enim arcano naturæ sensu, ut ab

B ipsiſ

ipsis abhorreat homo; Quod quibusdam sunt in delitijs, inter prodigia reputandum est; ac quoties nobis horrem incutit Serpentum aspectus renouatur defectionis nostræ memoria. Vino etiam tenore contexto, quod mox sequitur: Ipsum vulnerabit caput tuum, & tu vulnerabis eius calcaneum. Tale enim odium fore denunciat, ut sibi vltro citroq[ue] molesti sint: Serpentem hominibus infestum fore, & homines viciousim perdendis serpentibus fore intentos. Hactenus Caluinus. Et si autem paulo post dicit: Deum non tam cum serpente, quam cum ipso Diabolo loctum: tamen verba illa, de semine mulieris, perperam (pag. 30.) sic explicat. In verbis quidem Moysis (inquit Caluinus) nulla est ambiguitas: de sensu vero mihi non conuenit cum alijs. Nam semen pro Christo sine controuersia accipiunt: ac si dictum foret, exoriturum ex mulieris semine aliquem, qui serpentis caput vulneraret. Eorum sententiam libenter meo suffra-

gio approbarem, nisi quod verbum se-
minis **NIMIS VIOLENTER**
ab illis **TORQVERI** video: quis
enim concedet, nomen collectuum, de
vno tantum homine accipi? Deinde si-
cuit dissidij perpetuas notatur: ita per
continuam ætatum seriem promittitur
victoria soboli humanæ. Generaliter
ergo semen interpretor de posteris: Ha-
cenus Caluinus. Et si autem paulo post
etiam aliquid de Christo, (ut de capite
Ecclesiæ) dicit: tamen interpretationem
suam tandem his verbis concludit. Sed
quia fortior (inquit Caluinus) emersit
e cœlo, qui illum (Diabolum) subiu-
garet hinc sit, ut illi similiter tota Dei
Ecclesia sub capite suo magnifice insul-
tet. Quô spectat illud Pauli, Rom. 16
Dominus breui conteret Satanam sub
pedibus vestris. Quibus verbis signifi-
citat Saranæ conterendi virtutem dif-
fundi in omnes fideles, atq; ita commu-
nem totius Ecclesiæ benedictionem
esse: verum simul admonet, inchoari

B 2 tantum

tantum in hoc mundo : quia Dōminus non coronat nisi benē probatos athletas : Hactenus Caluinus. Hoccine est sacras literas, & quidem Vaticinia de Christo , explicare: Quid(obsecro) est neruos sacræ scripturæ incidere, eamq; nobis contra Iudaos inutilem reddere, si hoc non est?

Videamus similem Interpretationem scripturæ , quæ in Commentarijs Caluini in IOANNEM (super Caput. 10. pag. 130.) extat. Prius tamen tex- tum scripturæ, & veram illius senten- tiam audiemus : deinde Caluini expli- cationem cum ea conferemns. Sic au- tem Christus dicit: Ego vitam æternam do eis (ouibus meis) & non peribunt in æternum , & non rapiet eas quis- quam de manu mea. Pater meus qui debit mihi , maior omnibus 'est, & ne- mo potest rapere de manu Patris mei. Ego & Pater vnum sumus. Horum verborum hæc est sententia : Nemo potest rapere oves de manu patris mei. Ratio hæc est; Quia pater maior omni- bus

CONCIONANDI.

bus est. Sed ego & Pater maior omnibus est. Sed ego & Pater sumus vnum. Ergo nec quisquam potest oues rapere de MEA manu. Intelligebant autem Iudæi ipsi, quod sibi Christus his verbis æqualem cum Deo Patre diuinitatem tribueret. Sustulerunt ergo (inquit IOANNES) lapides Iudæi, ut lapidarent eum. Respondit ei Iesus: Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis? Responderunt ei Iudæi, de hono operi non lapidamus te, sed de blasphemia: & quia tu, homo cum sis, facis te ipsum D E V M, &c. Habemus veram sententiam verborum Christi, quod videlicet docuerit, se esse vnum (essentia videlicet) cum Patre: quod Iudæi pro blasphemia falso reputabunt, quia Christum nondum recte nouerant. Nunc audiemus Caluini interpretationem, quæ ad verbum sic habet. Voluit (inquit Caluinus) impiorum sanguinis occurrere (Christus.) lactare enim poterant; nihil ad ipsum pertinere Dei

B 3 poten

potentiam, ut discipulis suis promitte-
ret certum eius præsidium. Testatur
ergo sibi ita coniunctas esse cum Patre
rationes, ut eius auxilium sibi ac suis
quibus nunquam defuturum sit. Abusi-
sunt hoc loco Vereres, ut probarent,
Christum esse patri ^{duo} & ^{de} ^{coram} Neque e-
nīm Christus de vnitate substantiae di-
sputat, sed de consensu, quem cum pa-
tre habet: quicquid scilicet geritur à
Christo, Patris virtute confirmatum in.
Hactenus Caluinus. Quid autem, ob-
secro, est scripturam de diuinitate Chri-
sti loquentem eneruare, & blasphemis
hæreticis. Arianis, gladium porrigi-
re, & vietas manus dare, si hoc non est:

Inspiciamus adhuc vnum locum
Scripturæ, quem Caluinus in Episto-
la Pauli (ad Galatas tertio Capite
pag. 334. & 335.) interpretatus est.
Verba autem Pauli sic habent. Porro
Abrahæ dictæ sunt promissiones, &
semini eius. Non dicit: & seminib⁹
tanquam de multis, sed tanquam de

VNO

26102

C O N C I O N A N D I .

VNO : Et semini tuo, QVI EST
CHRISTVS Hactenus Paulus.
Nunc Caluini explicationem audia-
mus, qui sic ait : Paulus ergo NON
SINGVLARI NUMERO
NITITVR, vt de VNO homine
dictum hoc fuisse probet : sed tantum,
vt ostendat, nomen seminis in aliquo
residere, qui non tantum natus sit ex
Abraham secundum carnem : sed etiam
Dei vocatione ad hoc ordinatus. Ha-
ctenus Caluinus. Vide, obsecro hunc
Pauli Interpretem, quām sit, non dico
ineptus, sed quām impius. Paulus ex-
pressissimē (in vocabulo seminis) vrget
singularem numerum, excluso plurali :
idḡ facit contra Iudæorum falsam pro-
missionis illius interpretationem. Cal-
uinus contrā negat Paulum nisi numero
singulari. Hoccine est interpretari scri-
pturam & Quid est, obsecro, sacræ Scri-
pturæ manifestam vim facere, si hoc non
est.

Hæc pauca exempla pro multis suf-
ficiant : quibus moneantur inniores,

B 4 &

& quimodo bene confirmato sunt iudicio, ut veram & genuinam sacrarum literarum interpretationem potius in Commentarijs eorum Scriptorum quaerant, ea quorum puritate constat, quam ex eorum libris discant, qui hæresi aliqua sunt infecti; ne cum vino etiam venena hauriant.

Quid si satis temporis concessum fuerit Theologæ studio, antequam aliorum interpretationem inspexerit, ipse periculum faciat, an possit suo marte veram & genuinam textus Biblicali explicationem inuenire; postea demum Interpretem adhibeat, ut intelligat, ubi forte a scopo paululum aberrauerit.

Porrò ad eruendam veram scripturæ sententiam (post inuocationem Spiritus sancti) plurimum conduceit Hebraicæ & Græcæ linguae cognitio. Ut in veteri Testamento ad fontes Hebraicū textus, in Nouo vero ad græcum exemplar accedant, & vocabulorum ac phrasium genuinam significationem expendant. In primis autem diligenter inspi-

inspiciant D. D. Lutheri Germanicam
Bibliorum translationem : neq; facile
vlla in parte ab ea recedant. Eis enim
is, qui aliquid in Græca & Hebræa
lingua didicisse sibi videntur, quando-
que D. D. Lutheri versio à fontibns
Hebrææ & Græcæ linguae dissidere
apparebit : tamen si omnes textus cir-
cumstantias diligenter expenderint, &
antecedentia cum consequentibus con-
tulerint, intelligent D. D. Lutherum
eruditè, dextrè & rectè sententiam Spi-
ritus sancti reddidisse. Cauendum au-
tem in primis Concionatori, ne vbi ob-
scuritas Hebræi aut Græci textus, di-
uersam interpretationem admittit, ipse
pro Concione Lutheri versionem re-
præhendat. Ut enim hæc stolida iactan-
tia & eruditioñis ostentatio digna est
omnino repræhensione : ita cum detri-
mento Ecclesie coniuncta est : quippe
quæ omnium optimam Bibliorum trāl-
lationem pizæ plebi sine causa suspectam
redit. Interim tamen ideo fontes He-
brææ & Græcæ linguae sunt consulen-

B. v

di:

di: quia sēpē emphasis quādam in vocabulis & phrasib⁹ latet, quam null⁹ (quantumuis felix translatio) prorsus omni ex parte assequi potest. Et prodet Hebraicæ & Græcæ linguae cognitione etiam hoc nomine: Ut aduersariorū calumnias, qui D. D. Lutheri versionem sine iusta causa reprehendunt, refutare valeamus. Certè Lutheri translationis Biblorum Iuculentus & præstantissimus est commentarius ad sacras literas recte intelligendas.

Sit autem Concionator (qui sua industria genuinam scripturæ sententiam eruere velit) etiam cognitione Dialecticæ & Rhetoricæ mediocriter instructus. Vt enim linguarum cognitione, vocabulorum & phrasium explicacionem, subministrat: sic Dialectica & Rhetorica principalem propositionem, hoc est, caput orationis, ostendunt, ad quod reliqua membra recte accommodantur. Ostendit enim Dialectica nos Orationis, & principalia arguenda. Rhetorica verò monstrat, quæ sint orna-

ornamenta adhibita, ad illustrandam materiam, de qua in sacris literis (præsertim in Prophetarum Concionibus) agitur: quæ cum quasi detrahuntur, principalis propositio melius conspiciri potest, ut à scopo totius orationis minus aberremus. Non enim hæc artium adminicula sunt condemnanda: si dexterè, & citra superstitionem adhibeantur.

Numerantur autem vulgo in Rhetoricis libellis quatuor causarum genera. Didascalicum, Deliberativum, Demonstrativum, & Iudiciale: ad quæ referri solent omnia, quæ dicuntur aut scribuntur. Erad hæc quatuor causarum genera textus Biblici eruditis (sine superstitione tamen) accommodari possunt.

Et ad DIDASCALICVM quidem genus referendum est, ubi in sacris literis de una aliqua re agitur, verbi gratia: de Fide, Spe, Charitate, lege, Evangelio, Baptismo, Coena Domini, &c. eaque res explicatur, qualis sit.

Et

Et hue accommodandæ sunt illæ decem
quæstiones Methodi, ad quas thema
seu quæstio simplex examinatur. Sunt
autem hæ quæstiones Methodi 1. Quid
vocabulum significet, 2. An sit res, 3.
Quid sit res, 4. Quæ sint rei patres, 5.
Quæ species, 6. Quæ causa, 7. Qui es-
fектus, 8. Quæ adiacentia, 9. Quæ co-
gnata, 10. Quæ pugnantia. Non tamen
existimandum est, quod Spiritus San-
ctus rem aliquam uno in loco per om-
nes illas quæstiones explicet: sæpè enim
vnam aut alteram tractat, quæ prælen-
ti instituto ipsius seruunt: reliquas os-
mittit, & in aliud scripturæ locum re-
iicit. Neq; enim Spiritus sanctus ad
istas artium regulas ita astrictus est, vt
(tanquam scholasticus) ad omnes qua-
stiones methodi respondere cogatur:
quemadmodum ipsi etiam Oratores
non præceptis Rethoricis S E R V I.
V N T, sed ijs ad suum institutum V.
T V N T V R, quantum ipsiis commo-
dū est. Et sapienter Quintilianus monet,
præceptiones Rhetoricas non haber-

das

das esse pro legibus, quæ in æs sint in
cisa.

Ad genus Didascalicum etiam per-
tinent simplices affirmatiæ & negati-
væ propositiones, quæ in scriptura sa-
cra argumentis confirmantur. Verbi
gratia: Fides iustificat: bona opera non
iustificant. Mortui resurgent, &c. Et
in huiusmodi propositionibus (vel af-
firmatiis vel negatiis) diligens Le-
ctor facilè depræhendet argumenta ali-
qua, vel plura, vel pauciora, quibus
talis propositio confirmatur. Neque
semper plura argumenta sunt quærena-
da: quia scriptura sëpè paucis, inter-
dum etiam vnico est contenta. Hæc
qualia sint, obseruandum est. Neque
existimare oportet, integros syllogis-
mos multos in scriptura reperi: quam-
vis aliquis in ea extens. Crebriora sunt
Enthymemata, quæ tantum ex una pro-
positione, & ex conclusione constant.
sæpè etiam (quod D. Paulo valde usi-
tatum est) vnica tantum propositio (in
qua est medius terminus, causa videli-

cet

cet conclusionis ponitur pro Confirmatione. eaq; referenda est ad prôpositionem, quæ confirmatur: id quod dili-
genter in scriptis tam Propheticis, quam
Apostolicis est obseruandum.

Ad DELIBERATIVVM genus
pertinent adhortationes & de horatio-
nes, item consolationes, & quæ sunt
huius generis, vbi persuadere conatur,
Spiritus Sanctus in Scriptis propheti-
cis & Apostolicis, ut aliquid agamus,
vel omittamus. Et quidem in persua-
dendo, adducuntur argumenta ab ho-
nesto, ab utili, à possibili seu facili, à
necessario, à tuto, à iucundo: in dissi-
dendo vero, argumenta ducuntur ab
inhonesto, ab invili, ab impossibili
aut à difficulti, à non necessario, à pen-
culis imminentibus ab iniucundo, &c.
Neque etiam hic existimandum est,
Spiritum Sanctum ex omnibus his lo-
cis ad unius propositionis confirmatio-
nem argumenta ducere. Interdum
enim unico etiam est contentus, inter-
dum duobus tribus, agit pluribus vi-

tur,

eur, quemadmodum etiam in communi sermone non omnia argumenta, quæ arguté excogitari possent, semel adducimus, sed interdum paucis contenti sumus.

Ad DEMONSTRATIVVM
genus referendæ sunt rerum aut Personarum descriptiones, Item laudes aut vituperationes, Rerum, Factorum & personarum. Res enim laudamus, quæ sunt honestæ, ytiles, iucundæ, &c. Et eas vituperamus, quæ sunt dishonestæ, perniciose, &c dolorem atque perturbationem adferunt. Sic etiam facta, honesta, vtilia, necessaria laudamus : contraria vero vituperatione digna iudicamus. Et cum Facta diligenter describere volumus, recensemus ferè has Circumstantias : Quid factum sit, quis fecerit, ubi, quibus auxilijs, cur, quando, quomodo, factum sit. Personas vero cum describere, commendare, aut reprehendere volumus : ferè consideramus, Persona Patriam, parentes, sexum, educa-

ionem, ingenium, mores, res gestas, euentus & fortunam, mortem, & famam seu opinionem hominum de ea persona post mortem. Sed rursus monendi sunt iuniores, ne singulas has circumstantias, aut omnes hos locos in uentionis in textu Biblico querant, eas enim elegit Spiritus Sanctus, quæ ipsi ad rem præsentem commodæ sunt visæ.

Ad IUDICIALE genus referri possunt controværsiae, vbi in sacris literis disceptiones describuntur, præstîm illæ, quas Prophetæ, Christus, & Apostoli cum suis aduersarijs hebuere. In judiciali autem genere sunt tres Status; Coniecturalis, cum disputatur, an aliquid factum sit, nec ne: Iuridicalis, Cum queritur, recte ne factum sit, an se cus. Legitimus, cum discepitur, ut pars Legis recte pro se allegat, aut per eam adducat. Et si autem homines ingenio interdum dextrè has præceptiones ad controværsias religionis applicant: itamen cum non habeat discrimen sit, inter negocia religionis, & causas foren-

forenses, non semper feliciter & come-
modè iustæ præceptiones ad Theologi-
cas res accommodari possunt. Et ne se-
se sine causa studiosi in hoc quarto ge-
nere Causalium (quod cæteris tribus
difficilius & obscurius est) torqueant,
suauerim ego, vt illas, quas in sacris literis
depræhendunt controuersias ad
genus Didascalicum (ad quæstionem
compositam) referant: & obseruent,
quæ sint Propositio, quæ in sacris literis
contra aduersarium aliquem vel confir-
matur, vel confutatur: & quæ sint ar-
gumenta, quæ adducuntur aut diluun-
tur, diligenter obseruet atq; expendat:
sic multo minore negocio(mea quidem
opinione)sese expediet.

Obseruandum est etiam hoc: quod
Prophetæ, Christus, & Apostoli in su-
is Concionibus non sint ad vnum ge-
nus cause(ex his quatuor commemo-
ratis) alligati: sed interdum de uno ed
alterum transeunt: & nunc in vna ea-
demq; materia docent simpliciter: mox
exhortantur; interdum etiam inuehun-

C rur;

tur: quandoque etiam cum aduersariis contendunt. Quare qui hanc variationem non obseruauerit, textum Biblicum non satis commodè interpretabitur.

Sed & Prophetæ, Christus, & Apostoli interdum (oblata occasione) ab una aliqua materia, ad aliam (& quidem valde diuersam) digrediuntur. Et enim varios habuerunt auditores: & multæ occasionses istarum digressionum sunt nobis hodiè ignotæ. Quare si quis tam aliquam Concionem Prophetæ, Christi, aut Apostoli ad unam tantum propositionem accommodare velit, interdum textui vim faciet, & interpretationem valde coactam in medium adseret.

Sæpè etiam Paulus multas exhortationes de rebus diuersissimis (studio breuitatis) quasi in unum fasciculum colligit: quarum singularum confirmationes, si quis sollicitè quererere vellet, valde esset ineptus.

Lav

Laudanda est etiam eorum indu-
stria, qui non modò partes Orationis
ad Rhetorica præcepta referunt, ut ob-
servent Exordium, Narrationem, Pro-
positionem, Confirmationem, Confu-
tationem & Epilogum: verèm etiam
Ornamenta Rethorica, figuræ amplifi-
cationes & similia in sacra Scriptura de-
prehendunt. Modò in ea re non super-
stitione versentur, & coacte talia qua-
rant ijs locis, vbi non sunt. Non enim
parum discriminis est, inter Orationes
sacras, & Orationes Ciceronis aut De-
mosthenis, qui interdum causam non
optimam verborum ornatu meliorem
reddere sunt conati.

Quare ita artium præcepta ad sa-
cas literas accommodemus, ne sacrae //
Scripturæ vim faciemus, tamque in //
alium sensum detorqueamus. Et //
hæc de præceptionibus Dialecticæ &
Rhetoricæ, quomodo ea ad sacram
Scripturam explicandam accommodari
possint sufficiant. Qui ingenio va-
lebunt, & præcepta recte dixerunt.

C 2 hac

hac in re non infeliciter elaborabunt;
modò non nimium superstitione in eam
rem incumbant.

DE LOCORVM COMMUNI- UM INTENTIONE & DELECTU.

LOcos cummunes solemus vocare
doctrinas, quas è textu Bíblico eru-
imus, & populo proponimus. Non e-
nì tantum explicandus est textus eru-
dita & perspicua paraphrasi, verum eti-
am monstrandus est auditori usus sacra
Scripturæ, ut ex ea discat, quæ ipsi utilia
sint, & scitu necessaria. Omnis enim
scriptura diuinitus inspirata (inquit pau-
lus 2o. Tim. 3.) utilis est ad docendum,
ad arguendum, ad corrigendum, ad es-
rudiendum in Iusticia, ut perfectus sit
homo Dei, ad omne opus bonum in-
structus. Est enim sacra Scriptura fons
in exhaustus diuinæ sapientiæ, quam
Dominus salutis nostræ causa reuelauit,

Delectus autem habendus est in
Locorum communium tractatione:
non enim omnia, quæ ex loco Scripturæ

ræ publicè recitato, summi possunt, uno tempore proponi debent. Videndum igitur Concinotari quid circumstantiæ temporis & qualitas auditorum requirant: omnia enim ad Ecclesiæ ædificationem sunt referenda. Quare in loci potissimum sunt eligendi, qui eo tempore & ihs, qui nos audiunt maximè necessarij videntur. Nam & attentius auscultant, & memoria melius ea complectuntur, quæ in tempore & appositiè dicuntur.

Cauendum autem in primis, ne ea ex Biblico textu exprimere conetur, quæ in eo non sunt compræhensa: quia omnia erunt coacta, etiamsi per se sint pia & vera. Et talis coacta docendira, tio, totam Orationem reddit suspectam, quasi ecclesiæ Minister affectibus suis inservire magis, quam ædificationi Ecclesiæ studere velit.

Et inter eos ipsos locos communes, quos textus nobis subministrat, obseruandum est, quinam sint principales, ut illius textus maximè proprii sint:

qui verò minus sint proprij, & quasi alieniores. Et hi posteriores aut dissimilandi, aut parcus attingendi sunt: nisi magna subsit causa, cur ex ijs locis occasiōnem artipiamus, de ijs rebus descendī, quæ in aliud tempus resūcinequeant. Et tunc gradatim, & per commo das ambages, ad eas descendere utile fuerit: ut auditor quasi manu ad id negotium, de quo agendum est, deducatur: & intelligat, non intempestivē ista dici, quæ in medium afferuntur.

Coram simplici plebecula satis est quandoq; vnum, duos, aut tres locos communes tractare: quia propter ius dīcij & ingenij imbecillitatem ferētus des homines non intelligunt, aut certe in memoria non retinent res magnas & graues, nisi copiosiore sermone illis explicentur & quasi inculcentur. Breuitas autem temporis non permittit, ut de multis rebus copiosē agatur. Non enim eorum consuetudinem probō, qui Concionem ultra horæ spaciū extendunt: quia nullus sensus hominis citius defatigā-

desatigatur quam auditus: & apud nos
(De beneficio) frequentes sunt Con-
ciones: & horæ, vel dimidiae etiam, spa-
cio multa dici possunt saluberrima: si
non necessaria omittantur, & odiosæ at-
que ingratæ earundem rerum repetitio-
nes videntur. Siue autem pauciores, si-
ue plures loci tractentur, semper studen-
dum est, ut aliquid solida consolationis
(pro perturbatis consciencij, & homini-
bus afflictis) admisceatur.

Vbi vero varijs atq[ue] admodum dis-
uersi sunt auditores, ibi etiam plures
Loci communes in Concione una tra-
ctari possunt: breviter tamen, sed ner-
vose. Et oratio consistet multis argu-
mentis, paucis vero verbis, grauisbus
tamen & selectis. Ut enim in mensa
Principis multi & varij cibi apponun-
tur: non eo fine, vt omnes Comitantes
de omnibus cibis appositis comedant:
sed vt quisq[ue], quod sibi arrider, accipi-
at: ita cum varij hominum ordines in
una Concione congregantur varijs

etiam doctrinæ sunt proponendæ: ut quilibet inde capiat, quod ad ipsius ædificationem faciat.

In magnis tamen festiuitatibus præstat, vnicum Locum communem (qui illius Festi sit proprius) explicare, quam multos & diuersos proponere: de qua re etiam supra dictum est. Et cum vnius aut alter tamen Locus communis principalis tractatur, reliqui minus principales paucissimis verbis (quasi per Parenthesin) inseri possunt: ut auditores ingeniosiores illas doctrinas, si velint, vna cum principali, memoria complectantur.

DE GENERALI CONCIONIS

Dispositione.

EXORDIÓ in Concionibus non semper opus est. Cum enim continuus textus Biblicus expl catur, vicem Exordij supplere potest, repetitio eorum, quæ in antecedente textu præcipua & primaria fuerunt. Et haec repetitio sit valde breuis, ita ut duobus tribus, aut ad summum quatuor Periodis constet,

conster. Molesti sunt enim Concionatores, & ignorantiae suspicionem incurunt, qui bonam horae partem repetitione prioris Concionis insumunt.

Cum autem Concio peculiare Exordium requirere videbitur, nihilominus illud sit breve & perspicuum; & sic ex materia textus ita desumptum, ut causam complectatur, cur illius textus qui recitatus est, explicatio attente sic audienda. Elaborata & prolixa Exordia plus habent ostentationis, quam utilitatis: & non sunt dissimilia portis magnis & speciosis, in parvis oppidulis, in quibus intus sunt paucæ aedes. Non reiçcio eruditas insinuationes, ubi necessitas tale aliquid requirit. Interim tamen longa Exordia auditorem defatigare solent, ut reliqua minus attente audiat: cordatus enim auditor optet, ut Concionator sine multis ambagiis statim ad rem ipsam tractandam descendat. Exordia etiam non sint communia, quæ ad omnes conciones applicari possint. Nec sint logè petita, & à materia textus aliena. Et (mea quidem sententia)

C V tia)

tia) non satis commode benevolentia
in sacris concionibus à persona dicen-
tis captatur; sicut etiam ab auditorum
persona sàpè sine suspicione adulatio-
nis captari non potest. Satis neruorum
habebit Exordium, si vñica grauis cau-
sa recitetur, cur de præsentí materia di-
centi diligenter & attente sit auscultan-
dum.

NARRATIONE tunc opus est,
cum textus recte intelligi nequit, nisi
aliqua informatio seu instrucio pra-
mittatur; quæ vel de statu illius seculi,
quo textus Biblicus literis consignatus
est, doceat; vel de controversia aliqua
quæ prophetæ, Christo, aut Apostolo
occasione dederit, auditores admo-
neant; ut cognita occasione, aut circum-
stantijs illius temporis commemorans,
totum deinceps negotium rectius in-
telligi possit. Nisi tales cause subsint,
non est supersticiose Narratio querenda.
Et cum Narratione opus erit, ea quæ
necessaria sunt, paucis simplicibus, pro-
prijs & perspicuis verbis explicemus.

pro.

CONCIONANDI 37
PROPOSITIONIS loco, non

sunt recitandi Loci communes, quos tractandos suscipimus: nisi in magnis festiuitatibus: ubi unus feré tantum Locus communis tractari solet: qui in proponendo in suas partes dividitur. Sed in alijs Concionibus propositio Concionis nostræ sit, Argumentum illius textus, quem recitauimus. Verbi gratia: Si sit Historia, dicemus; Commemorat nobis Scriptura memorabilem historiam, quid (in hoc vel illo sive gocio) sit actum. Si exhortatio, dicemus; Propheta, Christus, vel Apostolus, hortatur nos verbis iam recitatis, quod hoc vel illud, agere, vel fuge, &c. cauere, dehercimus. Cum enim in quotidianis concionibus Locos communes in Propositione statim recitamus, feré sit, ut deinde explicatio textus omitatur, & quandoq; né attingatur quidēs inter dum etiam cum textus attingitur, non satis commodè & tempestivè ad Locos communes confirmandos pertrahitur. Cum verò auditor summam seu Argumentum,

gumentum textus in principio audit, multò deinde audiūs & attentius tractationi locorum communium, qui ex ipso textu ordine suo loco excerptur auscultat. Debent enim Loci communes ē textu, quasi palmites ē vite e. nasci. & textui (tanquam fundamento) inniti : ne p̄iā postea ratione currus bouem trahere videatur.

Recitato iam arguimento illius textus Biblici, quem explicandum suscepimus: statim particula aliqua eius, ex qua proditur est Locus communis primus, perspicua paraphrali erit explicanda: (praeſertim si explicatione opus fuerit:) & quidem ita, ut paraphrasis ipsa quasi digito monstret auditoribus locum communem, in cuius tractationem digredi decreuimus. Dico autem, particulam aliquam textus esse paraphrasi reddendam: qui enim totum textum (ab initio usq; ad finem) una continua paraphrasi explicitant, tardius quam oportet, ad Locorum communium tractationem perueniunt: & cum bona

bona pars horæ iam elapsa est, ipsi de-
mum Locos communes explicare inci-
piunt: quod auditoribus plæriscq; est
molestem. Præterea, quoties in no-
num Locum communem digrediu-
tur, opus esset, ut partem illam pa-
raphrasis, ex qua Locus communis
enascitur, superfluè repeterent: aliâs
simpliciores non intelligunt, ad quam
partem textus ille locus communis sit
referendus: & auditores, qui memoria
aut iudicio non admodum valent, Prio-
rum obliuiscuntur prius, quâm po-
steriora audierint. Quare existimo
tantam particulam textus quadam pa-
raphrasi illustrandam esse, quanta ad
Loci communis tractationem sufficit:
Post paraphrasin Locus ille communis
explicetur, vel copiosè, vel breuiter.
Et singuli loci habebunt suas confir-
mationes: interdum etiam confutatio-
nes: de qua re mox copiosius dicetur.
Postea rursus apta & breui transitione
à Loci communis tractatione redea-
mus ad paraphrasin textus: & rursus
partem

partem aliquam perspicue explicemus
& ex ea locum communem produca-
mus: idq; haç & seriet vicissitudine fiat,
donec totus textus Paraphrasi reda-
tur, & omnes Loci communes pertra-
centur. Sic omnibus iam explicatis,
de quibus in illa Concione agere vole-
bamus, subiungatur Epilogus. In eo re-
petantur tres, vel (ad summum) qua-
tuor Loci Concionis præcipui: nec
prabationes rursus producantur, sed
summa tantum cuiusque Loci brevi-
mis quidem recitetur, sed tamen graui-
bus et quasi aquileatis, quæ in hominum
animos altè descendant. Quod si plures
quam tres quatuorūe Loci fuerint ex-
plicati: ut sœpè fieri diximus: tum ne-
glecto ordine cognatos Locos in Epi-
logo coniungamus: & minus principa-
les cum principalibus connectamus, ut
præcipui Loci, qui in Epilogo repetun-
tur, ternarium aut quaternarium nume-
rum non excedant.

DB

C O N C I O N A N D I 41
DE LOCORVM COMMUNI
um Tractatione,in Specie.

CVm iam inuenti fuerint Loci com-
munes, cogitandum est conciona-
tioni, in quo genere causa vnumquem.
que tractare velit. Alius enim , pro ra-
tione temporis & personarum, com-
modius tractabitur in genere Didasca-
lico : alius in Deliberatio : alius in De-
monstratio : alius in Iudiciali. Ego
tamen suaserim, vt ea , quæ alias in ge-
nere Iudiciali tractarentur , ad genus
Didascalicum in questionem compo-
sitam , referantur : de qua etiam re su-
præmonimus. Obseruet igitur Con-
cionator , an thema aliquod simplex
sit explicandum , per questiones Me-
thodi : (verbi gratia , cum dicendum
est de Deo , de Creatione , de Peccato ,
de Lege , de Iustificatione , de Bonis
operibus , de Cruce & afflictionibus)
an verò necessitas postulet , vt Ec-
clesiam ad aliquid vel agendum vel
fugi-

fugiendum hortetur: aut sit aliquid de
scribendum, laudandum, aut vitupe-
rendum: an propositio aliqua sit defen-
denda, aut impugnanda. Quod si iam
apud concionatorem constitutum fue-
rit, in quo genere causæ vnumquemq;
Locum communem tractare velit, tum
coſideratis locis inuenitionis, facile ad-
monebitur de dictis & exemplis Scripturæ,
quaæ ipsius institutum conſin-
ment. Neg̃ opus est, ut ex omnibus
locis inuenitionis materiam aut argu-
menta petat, præsertim cum plures lo-
cos in vna Concione explicandos fu-
ceperit. Sæpè duæ aut tres partes prin-
cipales, aut duo vel tria argumenta, fa-
cias literis confirmata, sufficerint. Quæ-
dam etiam attingere necessitas non po-
ſtulat, quòd ita iam ſint nota auditori-
bus, vt intempestiuē proponerentur.
Verbi gratia: In tractando ſimplice the-
mate(in genere Didascalico) non opus
est, vt per omnes decem quæſtiones
vagemur: quædam enim forte(pro ra-
tione temporis & auditorum) non com-
modè

modè instituto nostro seruient, quædam explicatione non egebunt. Sic in Deliberatio genere, non opus erit, ut ex omnibus Locis (ab honesto , utili, necessario, incundo, tuto, facilis &c.) argumenta peramus: interdum pauca pro multis sufficient. Non improbo dili- gentiam & industriam: Sed moneo ne nimis superstitione ita præceptis alligati simus, vt auditorem molestia potius af- faciamus, quam ædificemus.

Nolim etiam, vt Concionator, in vñus Loci communis tractatione, ad vnum tantum genus causæ sit alligatus, quasi in aliud transire non liceat. Iam enim (in vno eodemq; negocio) sim- pliciter docere possumus: iam in ea ipsa materia exhortari auditores licebit: nunc inuehi poterimus in vitia, quæ cum illa virtute(de qua paulò ante sim- pliciter doqueramus) pungnant: nunc cum aduersario aliquo contendere ne- cessitas postulabit. Quare pro re nata in vno negocio de vno genere causæ in aliud transire minimè absurdum est.

D Iuniores

Iuniores tamen & minùs adhuc exercitatos Concionatores moneo, ne facile de uno genere ad aliud transiliant: ne varietate methodi perturbentur, & à memoria destituantur, & coram auditóribus suis confundantur.

Quicquid autem dicendum aut probandum fuerit, id sacrae scriptura fundamento innitor, & exemplis sacrarum literarum illustretur. Et quidem adferantur testimonia & exempla (quod ad eius fieri potest) non ex Apocryphis, sed ex Canonicis librís: hi enim solidam in Ecclesia Dei autoritatem obtinent, & sibi vndiquaque ex omni parte consentiunt. Et in allegandis sacrae Scripturæ dictis atque exemplis sit aliquis modus: ne sine causa ingens numerus (magis ad ostentationem, quam ad ædificationem comparatus) sineulla necessitate coaceruetur. Adferantur autem dicta Scripturæ maxime perspicua, quæ proximè ad hoc ipsum negotium, quod tractamus, pertinent: neque sint longè petita, ut per multas

multas ambages eundum sit; donec ad
præsens negotium accommodari possint.
neq; obscura Scripturæ dicta citemus,
quæ multa demum & laboriosa inter-
pretatione opus habeant; quia probati-
ones debent esse quam clarissimæ; ob-
scura vero dicta alia occasione (cū in
textu explicanda erint) ceterummodiūs e-
volvi, & per alia clariora alio tempore
illustrari poterunt.

E prophanis Scriptoribus pauca
(& quidem parce & raro) adferantur;
quemadmodum Apostolus Paulus,
Menandri & Epimenidis atque Æratii
(Ethnicorum Poëtarum) versibus par-
cissime utitur. Interdum enim non in
commodo talia allegari possunt, in hunc
præsertim finem, ut à minori ad maius
argumentemur; videlicet, si homines
Ethnici tam commode senserint, aut ho-
nestè egerint; multò id magis homines
Christianos decere. Ceterum non ad
suefaciamus auditores nimium ad pro-
phana dicta, aud ad historias ethnicorū;

D 2 ne au.

ne aures illis ita pruriunt, ut deinceps sacra Scripturam, & historias Biblicas (magno suo malo) fastidiant atque videntur pendere. In prophetia tamen Danielis, & aliorum Prophetarum, quando opus est, ut prophani historici citentur, Semper tamen monendi sunt auditores, ut sacram Scripturam, & Historias Biblicas, omnibus alijs scriptoribus longe anteponant. Multa enim in prophanis scriptoribus leguntur, quae non sunt vera. Et si nimis crebro in medium adducantur, & sacris admisceantur, similes pliciores auditores trandē nesciunt quidnam sacrū sit, aut prophanum. Sacrae litterae sunt Organō illud, per quod Dominus homines ad æternam salutem illuminare decreuit. Neque ad eam rem Dominus Aristotelis, Platonis, Liuij, Herodoti, aut alterius ethnici, scripta delegit. Quare verbum Dei proferamus. Vocamur enim Ministri VERBI DEI: non autem Ministri Ethnicorum authorum.

Qui rumusculos populares captant,
& noua quædam, ad ipsos temerè desata,

lata, pro concione recitant: iij neq; suæ personæ neq; Ministerio, neq; auditoribus recte consulunt. Multa enim in ijs sunt falsa, quorum vanitas vbi comperta fuerit Ministro Ecclesiæ authoritatem detrahunt, & efficiunt, ut plebs deinceps etiam quæ vera sunt, & ex sacris literis afferuntur, vix credat.

patrum authoritates in Concionibus sint raræ: ne magis multa lectio ostentetur coram auditoribus, quam Ecclesia ædificetur. Nam (quod pace tantorum virorum, & citra ipsorum contumeliam dictum velim) Patres sibi interdum non admodum constant, ita ut quandoq; etiam pugnantia dicta in ipsorum scriptis reperiantur. Scripturæ genuinam sententiam sapè non sunt assicuti. Et ex sui seculi opinionibus quædam traxerunt, quæ cum sacris literis non consetiunt. Censeo autem in Concione ea in medium afferenda, quæ everti nequeant: ut fides auditorum non in humana authoritate: sed in verbo Dei acquiescant. Et si Patrum

D 3 autho-

authoritas aliquando iterum in eum gradum fuerit inuenta, quem sub Papa eu tenuit, periclitabitur sinceritas doctri nae coelestis: & autoritas Scripturae vilesceret. Adsuefaciendi sunt igitur auditores, ut verbo Dei sint contenti: ut eidem credant: & ne illius pertulsi, nescio quae noua (hactenus ipsis non nota) audire gestiantur. Non enim debet illis marra coelestis sordere.

In probationibus & argumentis, (que pro confirmatione alicuius doctrinae, seu Loci communis, adducuntur) id primo loco ponamus, quod maxime perspicuum est, & plurimum pondéris apud auditores habiturum videbitur. In medium agmen paulò infirmiora aut minus perspicua, & que minus mouere possunt, recipienda sunt. Locus vero communis concludatur, allata rursus firma & perspicua aliqua probatione: que acutos in animo auditoris relinquat, & labefactari nulla ratione possit: ne auditorem subdubitan tem à nobis dimittamus.

Inter

Interdum etiam opus est, ut in trac-
tatione alicuius Locis communis ad ar-
gumenta aduersariorum, aut ad obie-
ctiones quādam respondeamus. Non
autem necesse est, ut omnes aduersari-
orum nugas persequamur; sed vnum
aut alterum ipsorum paralogismum
candidē & dilucidē proponamus: in
quo aduersarius victoriam collocare
videtur. Ad illos paralogismos singu-
los, singulis perspicuis solutionibus
respondeamus: ut auditor intelligere
possit, in qua parte argumenti hæreat
vitium. Nec multas & varias, & qui-
dem diuersas solutiones proferamus ne
ip̄i dubitare de bonitate cause nostræ
videamur. Una enim vera & perspicua
paralogismi solutio, nebulam erroris
tanquam sol disjicit: si modò negotium
dextrè explicetur. Nec subtiliter &
argutè coram plebecula disputemus; ne
eam magis intricemus, quam ex er-
rore expediamus. Monstrata autem
causa erroris in aduersariorum ar-
gumento, mox perspicuum aliquod

D 4 Scri-

Scripturæ sacræ dictum opponamus, quod cum aduersarij sententia è diametro pugnet : Lectorem grauitex moneamus, ut ab eo errore caueat.

DE ELOCUTIONE.

Postquam res sunt inuentæ, de quibus Concionatori dicendum est, & argumenta atque probationes, quibus materia proposita confirmatur, ad maximū (& quidem ordine disposita) sunt; opus est, vt Ecclesiæ minister idoneis verbis & phrasibus eas res proferat. Falice enim fieri potest, vt res optimæ adèò incommodè proponuntur, vt non modò gratiam omnaem amittant, verum etiam auditor magis offendatur, quād disficitur: de quibus vitijs orationis, quomodo caueri debeant, mox dicetur. Sanè eorum Concionatorum diligentia & zelus admiratione dignus est, qui integras Conciones ad verbum conscribunt: idque operam dant, vt ijsdem verbis eas recitent, quibus sunt consignatae: Verentur enim, ne quod verbum per imprudentiam illis excidat, quod

quod auditorem offendere possit. Et si autem id studium in vna aut altera Concione (donec tyro coram populo loqui aduerscat) non improbo : tamen suadere non possum , ut Concionator ad hanc rationem docendi sese aduersus faciat. Qui enim ad singula verba sunt alligati, vbi unum alterum memoria excederit, mox perturbati titubare incipiunt: & cum per trepidationem aliquot etiam periodos e memoria admittant, mox totus ordo orationis turbatur, ut Concionator tota dispositione excidat: neq; se facile iterum colligere possit. Itaque illis accedit, quod Capitaneis aut Imperatoribus in bello , qui turbata acie (licet multis milibus bonis sint stipati) fugae se mandare coguntur. Sed & haec ratio docendi, ingravescens, teatate, & crescente multitudine negotiorum (quorum utrumque memoriam hominis labefactare solet) subinde maiores habet difficultates. Vix enim Concionator res ipsas & argumenta, nedium singula verba , memoria sua

D v com

complecti potest. Quaræ satius esse existimo, ut Concionator diseat, præmeditare ea efferre, quorum argumenta & summam in memoria habet; ita, ut inter dicendum deligat verba & phrases, quæ ad exprimendam animi sententiam requirantur, & huic loco conueniant. Et laudandi sunt, qui ita sacras litteras diligenter legerunt, ut pleraque, quæ dicere volunt, verbis & pœnitis Scripturæ (quæ tamen non sunt obscuræ, sed auditori note) efferre possint. Neque tamen hic quenquam ad verba Scripturæ ita alligatum velim, ut non audeat piam & veram sententiam suis proprijs verbis pronunciare. Non enim ad syllabas, sed ad sententiam Scripturæ sumus alligati. Qui disertè, copiose ornate, & neruose loqui desiderant, frequenter legant germanica scripta eloquentissimi, & nostro seculo præstandissimi Theologi, D. D. Lutheri: ut ex eo non tantum res ipsas intelligere discant, verum etiam verba & phrases ad suum institutum dextrè ac commo;

commodent. Habet enim ille prægnan-
tia, vrgentia, & penetrantia verba, quæ
auditorum animos excitant, erigunt, ac-
cendunt atq; inflammant. Videndum
tamen Concionatori, quid suam perso-
nam deceat; ne intempestiuæ imitatione
ea coram suis auditoribus proferat, quæ
vera quidem sint, sed sublimiora, quam
vt vulgarem Concionatorem, (præser-
tim in iuuenili ætate, quam in primis
modestia ornat) deceant. Multa enim
D. D. Lutherus in suis scriptis habet
verè heroica, quæ ab ipso recte & ap-
positissime dicta atq; scripta sunt: quip-
pe à tanto viro, qui singulari autoritate
diuinitus erat circundatus. Quare vi-
dendum est, ne, dum tanti viri zelum, &
in dicendo heroicam libertatem, imi-
tati intempestiuæ studemus, in temeri-
tatis suspicionem incidamus. Com-
positio autem orationis non constet
longis & intricatis periodis: quo ge-
nere orationis quidam hodie (nescio
quam accurrato iudicio) in Cancellarijs
principum delectantur. Plerunq; enim
maxima

maxima auditorum pars talem superstitiosam compositionem non intelligit; & ferè priorum obliuiscitur, priusquam postremam periodi partem audiat. Tales igitur Concionatores, qui ad hunc modum affectatè loquuntur, ut habentur eloquentes, malunt, vt ipsos sui auditores admirentur potius, quam intelligent. Sint igitur periodi breues; sed apta dispositione, & coniunctionum connexione, ita colligatae, ut prior periodus sequentem quasi exposcat: & sequens periodus cum priore rectè cohereat: donec Locus communis aliquis absoluatur. Sic omnia facile auditores intelligent: & simul etiam magna animorum attentione Concionantem (& quidem sine fastidio) audient.

Idioma sermonis non sit barbarum. Et quamvis illud, quo populus eo loco vtitur, usurpandum videatur: tamen illud (quo ad eius fieri potest) corrigitur: ne concionatur in suggestu tam erassè loquatur, ut quilibet rusticus. Et quantum captus auditorum, & Locum circum-

circūstantiæ ferunt. Concionator quām proximè ad communem linguam idiomā suum inflectat. Communem autem linguam voco, eam qua D. D. Lutherus in suis scriptis Germanicis (præsertim posterioribus) usus est. Interim ramen &c hoc caendum Concionatori, ne dum elegantiæ coram rudi plebecula nimium studet, aut non intelligatur, propter nimium diuersum Idioma, aut propter affectationem orationis sit auditoribus molestus. Moderationem autem animus prudens docebit; non enim singula præceptionibus comprehendit possunt.

Multa sunt in Prophetarum scriptis (præsertim Isaiae) ornamenta, multæ figuræ, etiam elegantissimæ amplificationes: quæ ad præcepta Rhetorum non malè quadrant. Neq; improbo eorum diligentiam, qui Rhetorica præcepta gnauiter discunt, ut hac in parta etiam ea ad usum concionandi dextrè applicare possint. Si quis autem ea aut non didicerit, aut ipsi forte iterum excide-

rint;

xint: satis nihilominus ornamentorum,
figurarum, & amplificationum submi-
nistrabit Spiritus sanctus: si vero zelo
diuino flagret, & inprophetarum &
Apostolorum scriptis probē & famili-
ariter sit versatus: ita ut bonam eorum
partem memoriter teneat. Vbi enim
animis docentis pio zelo in caluerit, et
iam inter dicendum subiectantur ea,
qui animum auditoris excitare, & in-
sententiam docentis trahere possunt.
Nam & hodie Spiritus sanctus (cuius
donum est eloquentia). Ministris Ec-
clesiae fidelibus (pijs precibus inuoca-
tus) ad est, & linguam eorum dirigit
ut salutaria loquantur. Et si maxime
omnis absit ornatus Rhetoricus: veri-
tas tamen celestis interim doceatur;
satis instrumentorum habet Spiritus
sanctus, ut per ea sit in cordibus electo-
rum efficax. Et hic locum habet verum
illud dictum: Veritas docendo persua-
det. Et alterum simplex veritatis oratio.
Et ij, qui in artibus dicendi nimis
confidunt, easq; nimis superstitione fa-

cris

eris concionibus adhibent, s^ep^e magis
sunt inepti; quām salutares doctores.
Affectata enim oratio gratiam amittit;
& luxurians in rebus sacris Rhetorica-
tio sic Concionatorem decet, ut grauem
aliquem Senatorem, canicie veneran-
dum, decet vestitus iuuenilis, ex varijs
coloribus consarcinatus.

Prouerbijs v^sitatis, & sententij^s,
quæ populo notæ sunt, vti licebit Conci-
onatori: cum verbo Dei, & præsentí
materiæ, sunt consentaneæ. Talia enim
brevia dicta, quorum pleraque ē com-
muni & longa experientia originem
traxerunt, facile auditorum animis (&
quidem diutiis, quām alijs sermones) in-
harent. Et Christus ipse multis prouer-
bijs, quæ tum iactabantur, in Concio-
nibus suis v^sus est. Itaq^z (modò nihil
scurrilitatis aut obscenitatis habeant)
vulgares sententiae s^ep^e apte admodum
ad materias Theologicas accommodari
possunt.

In tota autem orationis phrasⁱ vi-
tandum

tandum est nobis, ne sine causa simus
acerbi: multò verò minus virulenti: ne
animos auditorum, nulla postulante
necessitate, exasperemus, & à nobis ab
alienemus. Nam etiam graues obiur
gationes sine virulentia esse possunt.
Et sermonis asperitas intempestiva, ani
mum asperum & morosum atq; immo
tem arguit. Contrá verò modestus &
grauis sermo, animum auditoris citius
expugnat: intelligit enim auditor (non
prosul deploratus) Ministrum Eccles
iae non ex affectu priuato, sed ratione
officij sui, esse seueriorem: & animad
uerit, suam salutem quæri. Si quid ta
men asperius necessariō dicendum est,
tum verba illa, quæ pungent, diligenter
literis dispositione consignanda sunt:
vt & expendi polsint, antequām profe
rantur, & præterea eam ob caussam, ne
quis Calumniator aliquid illis addat, vel
detrahat. Poterit enim Ecclesia Mi
nister deinceps sanctè affirmare, se nec
plura, nec pauciora, nec alia verba, quæ
quæ consignata sunt, protulisse.

truhuci

VI

Vt autem n̄ tempestiva asperitas, sic etiam adulatio summoperē caueri debet. Ea enim, vt homini liberali (in primis verō Euangelij Ministro) est in digna: ita multum authoritatis de Ministerio detrahit, & vitia auditorum fuet. Non autem adulatio nominē venit commendatio virtutum & pietatis, in ihs, qui commendatione reuera digni sunt: hoc enim modo Paulus Philippenses s̄pē multumq; laudat: non vt eos titillaret, & aliquid præmij extorqueret: sed vt currentibus laudando calcar adderet. Quidam enim magis laudibus, quam obiurgationibus mouentur, vt rectè agant. Sic tamen sermo temperandus est, vt (quoad eius fieri potest) adulatio suspicione de clinemus,

Spurca verō & obſcēna in sacris Concionibus non audiantur. Et, si quæ talia fuerint necessariò attingenda, ita circuitione vtamur, vt auditor plura intelligat, quam nos dicimus. Quod enim Paulus ad Romanos (Cap. 1.) & ad

E

Corin.

Corinthios (1. Corinth. 6.) scribens,
vitia illa, quæ in Sodomitis punita sunt,
commemorat, ideo factum est, quod
apud eas gentes tum non essent rara. Et
quod propheta Exechiel Idolatriæ fœ-
ditatem (Capit. 16.) ita describit, ut vi-
deatur auditorem in rem præsentem du-
cere, & turpem scortatorum concubis-
tum dígito monstrare; id non statim a-
lijs Concionatoribus, præsertem iunio-
ribus, licet. Magna enim fuit, & in mul-
tis rebus singularis quædam Propheta-
rum authoritas; quare, quid NO-
STRAM personam deceat, videamus,
sed & scurrilia, aut alia, quæ risum po-
tius moueant, quam piuum zelum in au-
ditoribus excitant, & Concionibus sacris
abesse, debent. Et multa inhonesto con-
uiuio, citra reprehensionem, & absque
offensione Dei & proximi, dici possunt,
quæ in suggestum non quadrant.

Similitudines plurimum res pro-
positas illustrant; & auditorum animis
ferè tenacissime inhærent; quare, quo-
ties

ties occasio datur, appositis & conuenientibus similitudinibus vtendum est. Cauendum autem, ne res magnas humilias paruas verò illustri similitudine declarae tentemus itali enim similia exhibeantur. Itaq; quibus similitudinibus rem aliquam depingere velimus, domini deliberandum est, ne, dum temerè, quicquid in buccam venerit, effutimus, & nos ipsos, & ministerium sacrum, iudicio exponamus.

Deniq; tota nostra oratio sit ad gloriam Dei, & ad ædificationem accommodata. Itaq; cæendum quicquid offendiculum parere possit. Eaq; vocula & phrases tanquam scopulos vitemus, quæ auditoris animum ab audiendo & discendo verbo Dei abalienare possint: eumque deteriorem potius, quam meliorem redditura videantur. In primis verò rogandus Deus, ut hinc quam nostram spiritu suo sancto regat, ut salutaria dicamus. Et ecclesiam Dei præclare ædificemus.

DE MEMORIA.

ET si excellens memoria est eximium Dei donum, ut & aliæ ingenij do-
tes; tamen cum non omnium studiosorum ea in re sit par felicitas, artificio
ea est iuuanda; ne aut Concionatori ea,
quaे apte inuenit & disposuit, prius ex
animo excidant, quam apud auditores
suos deposuerit: aut in ordine pertur-
betur, & quaे postremo loco dicenda
erant primō dicantur. Artificium aus-
tem voco, non illam memorandi artem:
quaे docet locos cuiusdam ædificijs ima-
ginari, deinde certas imagines (quaе de
rebus conceptis admoneant) in eos lo-
cos collocare: vt per Locos illos cogi-
tationibus nostris quasi ambulantes,
rerum illarum, quas commemorare vo-
lumus, reminiscamur. Tale enim artifi-
cium locum habere non potest, vbi bis
aut ter, vel sèpius etiam, in una septi-
mana concionari oportet: quia non
datur tantum temporis spaciun, vt ista
excogitentur, & imaginationi insigan-
tur. Et ut fortasse aliquando eius arti-
ficij

scij usus esse potest, ita, si quis eo fre-
quentius vtatur, citius crediderim, tas-
lem in fatuum, quam in virum docium
& eloquentem euasurum. Optimum
artificium, quo non modò dicentis, ve-
rum etiam auscultantis memoria adiu-
uatur, est bona Concionis dispositio:
de qua suprà (præsertim in tractatione
Locorum communium) diximus. Itaq;
ne vel loci communes, quos tractan-
dos suscipimus, vel eorum confirmati-
ones, nobis excidant, vel inuerso ordi-
ne proferantur. Loci illi / numeris sunt
notandi: ita, ut primæ doctrinæ, quam
è textus paraphrasi educiam propositu-
ri sumus, inscribamus: **Locus commu-**
nis I. Secundæ: **Locus communis II.**
& sic consequenter omnes locos nota-
bimus suis numeris benè perspicuis.
Deinde, probationes cuiusq; Locirur.
sus in initio numeris signabimus; ea res
valdè iuuat memoriam: præsertim, cum
rationem habuerimus, cur hoc primo,
illud secundo, aut tertio loco, ponen-
dum censuerimus. Et ne numeri illi ni-

mum multiplicentur, distinguenda
sunt probationes, quæ sunt inter se di-
uersæ, verbi gratia: Si consignaueris
argumenta tria, ab honesto ducta; &
probationes quatuor, ab utili allatas;
duas à iucundo: exempla scripturæ duo:
tum non scribes undecim numeros se-
inuicem consequentes: ne multitudine
memoria confundatur. Sed prioribus
tribus assignabis numeros tres, pri-
mum, secundum, tertium: proximis nu-
meros quatuor: reliquis, numeros du-
os: sic & exemplis duos numeros sem-
per ab unitate rursus incipiens. Sic e-
nīm facile meminisse poteris, te in illius
Locū probatione habere argumenta
tria ab honesto, quatuor ab utili duo à
iucundo: exempla duo: Sic etiam in
Epilogo præcipua capita, quæ repe-
tere voles, numeris notabis: & sub uno
quoq; capite ea, quæ breuitatis studio
séb unum locum retulisti, numeris ad-
iectis discernes. Hæc eis si quibusdam
pueris fortasse videbitur, tamen me-
moriā plurimum in dicendo ituant:
id quod

id quod re ipsa experientur, qui hanc rationem simplicem docendi secuti fuerint.

Porrò memoria exercenda est, ut vigeat: moderatè tamen, ne rebus inutilibus atteratur, & totum hominis ingenium simul ac semel corruat. Ut enim ingenium, si absit exercitium, rubigine ab sumitur: mediòrì verò visu splendescit: ita immodicis laboribus collabitur, & vires illius prorsus exhauriuntur. Et rectè dicitur: Pluribus intentis minor est ad singula sensus. Quare in ijs, quæ necessario defendenda & agenda sunt, & quæ utilitatem habent, ingenium exerceamus: & ad tales labores, Dominus subinde novas etiam ingenij & corporis vires donat. Vitanda sunt etiam (quoad eius fieri potest) intempestiva studia: ne videlicet, aut statim à prandio, aut à cena, ad libros redeamus: aut in multam noctem literis incumbamus. Recte dictum est: Aurora amica Mitis.

Temperanter etiam videndum. Qui enim in cibo, potu, & similibus rebus, sunt incontinentes, memoriam extinguunt, & ingenium vehementer labefactant, ut ante tempus repuerascant, & Ecclesiaz eo tempore, quo maximo cum fructu potuissent (quippe collecta prudenter ex viu rerum) inseruire nequeant. Sed ut ad Conciones redeamus, caendum, ne metu nos impelli patiamur, ut celeriter loquamur. Metus enim memorie multum officit: & celeritatem in dicendo facilè sequitur dispositionis confusio: quam euitabimus, si praesenti animo (memoris nostræ vocationis, & freti auxilio diuino,) verba ad plebem fecerimus.

DE PRONUNCIATIONE, seu Actione.

ET si auditores verbum Dei attente audire, & ei obsequi debent, quomodo cum id illis recitetur: tamen, ut Concionatorem libenter & sine mole. sitia audiant, plurimum situm est in pronunciatione, seu actione, ut nimirum ea sit

ea sit grata, & decens. Sic enim mino-
re fastidio integrum horam auscultant,
quam alias dimidiā. Quamuis autem
vox Concionatoris singi non possit :
sed ea, quam Dominus cuique dederit,
vtendum sit ; tamen eam decenter mo-
derari, & ex parte etiam corrigerē pos-
sumus: quod fiet facilius: & si familiares
(in primis autem collegas) nostros a-
amicè rogauerimus, vt liberè de nostris
defectibus in pronuntiatione nos ad-
moneant : & si ea, quæ ingrata sunt, &
non decentia, emendare studierimus.
Multò enim satius est, vt vnu homo ad
multorum ingenia & captum (quan-
tum salua conscientia fieri potest) se ac-
commodeat, quam vt multi sele ad vni-
us ingenium perferendum inflectant.
Itaq; reprehenſione digni sunt Conci-
onatores, qui vitia pronunciationis,
cum possent, vel (ex pertinacia, vel ex su-
perbia quadam) corrigerē nolunt.

Omnis autem affectatio studiose
fugienda est. Ingratum est enim, quic-
quid non est naturale, sed ascititum.

E v Natu-

Naturalis verò pronunciatio (nisi sit vitiosa) omnia est grauiissima; imitatio inepta & affectatio, plerūq; superbiam spirant. Qui verò ad auditores familiariter (decenti tamen grauitate) loquuntur, si omnes suos auditores compellare videtur: itaque omnes eum astante auditant, & ab ore dicentis (quam cum voluptate) pendent. Interim tamen sit in vultu & sermone modestia & grauitas digna Theologo, qui meminatur, se non propriam suam causam agere; sed esse Cancellarium Dei Optimi Maximi, cuius nomine ad populum loquitur.

Concionator etiam non iracund orationem conceptam proaunciet, quasi qui cum auditoribus suis altercari, aut acerbè expostulare velit. Quicquid enim sic effertur, suspitionem mouet, quasi ex affectu priuato sit profectum: & eam ob causam minus adscusat. Itaq; severitas ita temperetur modestia, ut ea, quae asperius dicuntur ratione officij nostri dicta intelligantur.

Non

Non sit etiam pronunciatio somnolenta, ut dormitur et videatur Concionator. Quomodo enim alios excitabit, qui ipse dormitatur. Et talis somnolentia defecitum p̄ij zeli arguit. Quidam etiam Concisiones suas, tanquam ex scripto recitarent, uno tenore pronunciant: ut neque vocem quandoque extollant, neque deprimant, neque inflectant: quod tamē rerum diuerlitas (de quibus agitur) sēpē requirit. Hi videntur perinde concionari, ac si negotium Dei non seriō agerent,

Iam & hoc cauendum est: ne ita unam syllabam vocabuli eleuemus, ut reliquæ vix exprimantur, aut certe parum distinctè audiantur. Cui vitio simile est, quod aliqui in una periodo duo aut tria vocula clarissimè pronunciant, reliqua ita deprimunt, ut ab his, qui paulo longius à Concionatore absunt, aut non audiantur, aut certe non intelligantur: id quod præcipue in magnis templis usu venire solet. Quidā ultimas
perī

periodorum syllabas ita dissimulant, vi-
eas deglutire videantur, neq; eas etiam
proxime astantes percipere possint.
Quidam dictionibus quibusdam a prin-
cipio apponunt literam A, vel syllabam
AN, vel literam N: quorum primum
est hæsitantis, & indicendo titubantis;
secundum vero, & tertium, aliquid ar-
rogantiae designare videntur. Quidam
literam, aut syllabam, quibusdam dici-
onibus in fine annexunt: sine omni ra-
tione: quod vehementer orationem de-
format.

Vox non nimium urgetur, pra-
sertim initio Concionis: ne aspera &
ingrata fiat. Sed neq; clamosa sit vox:
qui enim clamant, plerumq; magna ex
parte non intelliguntur. Ex lateribus
autem firmitas vocis petenda est: sic
pronunciatio erit æquabilis & clara, vt
etiam ij, qui longius a cathedra absunt,
omnia, quæ dicuntur, facile percipere
possint. Quidam, et si satis perspicue
pronunciant, tamen sese nunc ad dexte-
ram, nunc ad sinistram, vertunt: ita vt
qui

qui illis à dextris sunt dimidiā tantum
pertem Concionis audiant: & qui sunt
à sinistris, & ipsi non nisi dimidiā
Concionis partem percipiāt. Itaq; re-
ctius faciunt, qui vno in Loco con-
stunt, & ad eam templi partem faciem
semper conuertunt, vbi confertissimi
sunt auditores.

Concionator non loquatur prae-
pitanter: simpliciores enim eiusmodi
Conciones non intelligunt, nec eorum,
quaे tanta celeritate proferuntur, me-
minisse possunt. Sed nec nimis lenta &
tarda sit pronunciatio: alias, sit ut audi-
tor priusquam postrema periodi verba
percipiāt, priorum abliuiscatur. Neq;
confundenda sunt commata: sed vno
spiritu loquendum usq; ad comma: at-
que ab uno commate ad alterum, &
tertium, progrediendum. Observanda
etiam sunt subdistinctiones & periodi:
ut respiratio quædam inter illas distin-
ctiones interponatnr: mediocris qui-
dem inter paragraphos, & præcipuas
Concionis partes: breuior inter perio-
dos:

dos: rursus breuior inter colas: breuis
sumus vero inter comatas ponatur. Ca-
uendum autem (quoad eius fieri potest)
ne Concionator, nondum absolute
commate, respiret; cum enim intempe-
stive rumpitur contextus, oratio fit ob-
scerior: ideo autem inuenientae sunt dis-
tinctions in oratione, ut et in pro-
nunciatione obseruentur.

Quidam inter loquendum oculos
comprimunt: alij oculis arrectis & ri-
gentibus (tanquam attoniti) stant in
suggestu: vtrumque autem indecens est.
Sunt qui semper corpus moqueant; ita
ut trepident, & ab uno latere ad alte-
rum se le inflectunt, nunc retrorsum cedunt;
nihil horum decenter sit. Quidam ma-
nibus aut digitis multum gesticulantur.
Ut autem non omnes gestus simplici-
ter reperiuntur: ita modestia requiritur.
Lingua enim, non manibus aut digitis,
est loquendum: neque ea in re imitandi
sunt histriones, vel etiam Oratores ve-
tetes & prophani, qui causas ciuiles, non
Theologicas, coram populo egerunt.

Deniq;

Deinque in tota Concione Minister Ecclesiae rursus meminerit (de quo suis
prâ etiam monuimus) se esse Cancella-
rium Iesu Christi. Quara magna dil-
gentia textum Biblicum dextre & per-
spicue explicit : Locos communes qui
instituto seruant, inueniat ; omnia ora-
dine disponat ; inter dicendum phrases
& verba selecta & idonea proferat ; de-
centi grauitate omnia pronunciet : De-
umque (etiam finita Concione) ardenter
inuocat, & oret , vt Spiritu sancto suo
ea, quae dixit, auditorum cordibus im-
primat ; vt ea, quae audierunt, non modô
in memoria retineant, verum etiam ve-
ritatem coelestem firma fide apprehen-
dant, moribus exprimant, & æternam
salutem consequantur. Qui autem si-
deliter Ecclesiam docuerint, eamque eti-
am bono vitæ exemplo ædificariint, in
altera vita (teste Propheta Daniele) si-
cut stellæ in firmamento coeli lucea-
bunt.

FINIS

FINIS PRAECE- PTIONVM.

STOMNES istae prece-
ptiones melius intelligi
possint, libuit subiicee
duo exempla: quorum unum
ostendet, quomodo (in festiuita-
te aliqua) unicus Locus com-
munis in una Concionē, tracte-
tur: alterum monstrabit, quo-
modo in unica Concionē plures
loci communes tractari possint.
Et primò quidē nudam dispu-
tationem ponam: deinde inte-
gram Concionē, adiecta elocu-
tione, recitabo: ut iuniores vi-
deant, quomodo nervos Oratio-
nis elocutione vestire oporteat.

DISPO.

D I S P O S I T I O
C O N C I O N I S . I N D I E
 natali Seruatoris nostri Iesu Christi ha-
 bitæ: in qua vnicus tantum Locus
 Communis (de incarnatio-

ne Filij Dei) tra-
 catur.

T E X T U S I o h a n . 1 .

Verbum caro factum est, & ha-
 bitauit in nobis : Et vidimus
 gloriam eius , gloriam quasi v-
 nigeniti à patre : plenum gra-
 tie & veritatis.

E X O R D I V M .

- I. Paulus vocat hoc magnum mysterium, quod Deus manifestatus est in carne 1. Tim. 3.
- II. Et sanè tantum est mysterium, quod Angeli non tantum sunt admirati, sed super quo (nostra causa) Deum laudarunt.
- III. Merito igitur nobis iucundissimum esse debet, audire de illo mysterio, in quo salus nostra est posita.

P R O P O S I T I O .

- I. Audiemus igitur ex hoc textu, quid sit, quod Verbum caro factum est, seu quod Deus in carne est manifestatus.

F

Quænam

II. Quænam Deus ille in carne manifestatus nostra causa sit perpessus.

III. Quorsum nobis incarnatio filij Dei profit. Locus Communis, in genere Didascalico,

Vocabuli (Verbi) significatio.

Vocabulum verbi non significat verbum enanescens, sed filium Dei æternum, patri substanciali, qui est verus Deus.

I. In principio E R A T (non fiebat) Verbum: & erat AP V D D E V M, non inter creaturas quippe, quæ nondum erant.

II. D E V S erat V E R B U M.

III. Omnia per I P S V M (Verbum) facta sunt.

III I. Ioannes in hoc ipso textu discernit filium Dei à filijs adoptiuis, dum vocat cum vñigenitum.

Alice probationes de diuinitate

Verbi incarnati.

I. Hic est Deus verus, & vita æterna. I. Ioan. 5.

II. Qui est Deus benedictus in secula, Rom. 9.

III. In veteri Testamento Christus vocatur se p̄ simē I E H O V A.

Vocabuli (carnis) significatio.

Caro hoc loco significat hominem, seu humanam naturam, quod ex multis Scripture locis colligi potest.

Venit

I. Veniet omnis Caro, ut adoret coram facie
mea, Isaiae. 66.

Quid sit incarnatio verbi.

Est, quod Filius Dei assumpit humanam naturam in unam personam: ita ut ex duabus naturis, divina & humana factus sit una persona unus Christus. Qui igitur Christum vedit, Deum vedit, Deum audiuit, Deum contrectavit I. Ioan. 8 Similia.

I. Athanasius mysterium explicat similitudine animae & corporis. Conf. Exod. III.

II. Basilius ferro candenti assimilat humanitatem Christi. Part. And. pag. 203. Act. 1. fit. 3. Geor.

III. Cyrillus carboni ignito comparat assumptionem humanam naturam. Exeg. 8. 146. Apud. Aene. XII.

Itaque Christus propter talem unionem, etiam secundum suam humanam naturam, est omnipotens, omnipresentes, omniscius: neque mirum.

I. In ipso enim habitat plenitudo dignitatis corporaliter, Coloss. 2. Chrysostom. s. Manuale Biblicum. et. 4.

II. Mihi data est omnis potestas &c. Matt. 28.

III Ego vobis cum sum omnibus diebus, Matt. 28.

IV In Christo reconditi sunt omnes thesauri scientiae, Coloss. 2.

Obiectio.

I. At Christus ignorabat diem iudicij, 2. esuriebat in deserto, 3. Cur dicebat me non semper habetis vobis cum sum: quomodo omniscius? omnipotens ergo.

Responsio.

I. Ista siebant in statu exinanitionis, & forma serui. Philip. 2.

II. Forma autem serui non exuit Christum sua maiestate: et si ea vti (ad Tempus) noluit: nolebat scire diem nonissimum: nolebat lapides in panes conuertere: & negauit, se visibiliter post ascensionem inter homines conuersaturum, ut antea: interim inuisibilem praesentiam non denegauit sue Ecclesie. 14. 4. 16. 28. 16. 1. 20. 4.

Pugnantia.

I. Cauendum, ne Christum, secundum humilitatem, ex nostra imbecillitate aestimemus,

2. Quia similis est nobis secundum substantiam carnis (absq; peccato tamen) non autem secundum maiestatem. 2. Ipse est ferrum candens. Explicetur & accommodetur similitudo.

II. Cauendum etiam, ne cum Nestorio discer-
pamus personam, & faciamus duos Christos: quo-
rum aliis adoretur, aliis non adoretur: aliis om-
nia sciat, omnia possit, ubiq; sit praesens aliis ni-
hil horum faciat.

3. Quia unicum Christum, non duos in sym-
bolo Apostolico confitemur.

2. V N V S est Mediator Dei & hominum: non duo, 1. Timoth. 2.

III. Cauendum etiam, ne duas in Christo na-
turas confundamus.

Quia

1. Quia in æternum manet verhus Deus:
diuinitas est immutabilis.

2. In omnem æternitatem manet verus ho-
mo: semper est frater noster.

Translitio.

Videamus, quæ consecuta sunt incarnationem
Verbi.

II.

Adiacentia.

I. Filius Dei incarnatus humanas miseras
nostras gustauit.

1. Natus est in paupertate, 2. Migravit in
exilium. 3. Educatus in laboribus, 4. Esuriuit:
stiuuit, al sit, defatigatus est. 5. Contristatus est.
6. Persecutionem passus est. 7. Deniq; proditus,
captus, contumelijs affectus, sententia Synedrii,
et pilati, condemnatus et crucifixus est.

1. Hæc complexus est Petrus, dicens: Chri-
stum passum esse in carne. 1. *Act. II. 26.*

2. Non fuisset autem his miserijs obnoxius
nisi eas nostra causa in se recepisset.

3. Recepit autem eas, ut et peccata nostra
expiaret, 2. et nobis afflictis compati posset.
Hebr. 2.

II. Interim tamen etiam aliquoties maiesta-
tem sue diuinitatis reuelauit. Vidimus gloriam
eius quasi vnigeniti a patre. *Ioan. 3.*

1. In miraculis, quæ edidit, maiestatem monstrauit, Ioan. 2.

2. In monte, cum transfiguraretur, & rex audiretur. Matth. 17.

3. In ipsa Passione, cum verbo prosterneret hostes postea resurgeret, & ad cœlos ascenderet &c.

Transitio

Audiamus fructum incarnationis filij Dei.

III

Effectus seu fructus ex incarnatione.

I. Factus est filius Dei verus homo, ut nos fieremus filii Dei.

II. Dedit potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt, &c. Ioan. 3.

2. Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod simus filii Dei, Rom. 8.

II. Si filii Dei? ergo & hæredes omnium cœlestium bonorum.

3. Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi, Roma. 8.

2. Hæreditas incontaminata, immarcessibilis, &c. 1. Petri 1.

3. Christus factus est egenus, cum esset diuus, &c. 2. Corinth. 8.

Itaq; recte dicit, cum fuisse plenum gratia & veritate, hoc est, non modo summa maiestate predi-

prædictum, verum etiam erga humanum genus
summe beneficium. Pro quibus sane Filius Dei in-
carnati beneficijs perpetuam illi gratitudinem
debemus.

EPILOGVS.

- I. Audiuitis, 1. Quale sit verbum Dei, quod caro factum est nostra causa; Videlicet aeternus Dei filius, Deus verus. 2. Et quid sit, quod Iohannes dicit: Verbum caro factum est: hoc, videlicet, quod Filius Dei assumperit humanam natu- ram in unam personam, 3. Et quinam errores vi- tandi sint: Ne Christi potentiam ex nostra imbe- cillitate metiamur: ne personam Christi soluamus: neue naturas confundamus.
- II. Que consecuta sunt incarnationem filii Dei, quod videlicet nostra causa gustauerit om- nes humanas miserias ut peccata nostra tolleret, & posset compati nostris miserijs: Et quod interdum etiam diuinitatis suæ maiestatem homi- nibus ostenderit.
- III. Quis sit fructus incarnationis: quod, nimirum, 1. Filius Dei factus sit verus homo. Ut nos homines fieremus filii Dij adoptiui, 2. Et ut ipsius paupertas nos ditaret eccelestibus & ater- nisbonis. Quare ipsi gratias ex animo agamus, et omnes nostras actiones ad ipsius gloriam institua- mus: qui nostri causa incarnatus est: Cui cum patre, & spiritu sancto, sit laus, honor, & gloria, in omnem aeternitatem. Amen.

Concio

C O N C I O E A
D E M I N Q V A A D I V N
 ita est Eloquio, iisdem ferè verbis con-
 signata, quibus publicè (in Ger-
 manico idiomate) fuit
 recitata.

Iluus Paulus (Dilecti in Domi-
 no) de incarnatione filij Dei (in
 priore ad Timotheum capite
 tertio) loquens inquit: Circa
 controvèrsiam magnum est pietatis my-
 sterium, DEVS MANIFESTATVS
 EST IN CARNE: significans videlicet
 his verbis Apostolus, stupendum es-
 se miraculum, & mysterium profundum
 quod Filius Dei (salutis nostræ causa)
 incarnatus, seu, quod Deus homo fa-
 cetus est. Et sane tam magnum est hoc
 mysterium, ut etiam Angeli ad illud
 obstupuerint & / quia saluti nostræ fa-
 uent) Deum super incarnatione filij
 sui unigeniti celebrauerint: vt Lucas
 secundo capite testatur. Itaque magna
 cum attentione, & voluptate, quæ de
 hoc mysterio ex sacris literis proferun-
 tur,

1. Tim. 3

Ephes. 3

Luc. 2.

tur, audienda sunt; quippe in quibus sa-
lus nostra est posita: vnde etiam veras
consolations haurire possumus.

Audiemus igitur (Domino nos be-
ne iuante) quid sit hoc, quod verbum *Propositio.*
caro factum est; seu, quod Deus mani-
festatus est in carne. Deinde videbi-
mus, quænam Deo, in carne manifesta-
to, in his terris nostra causa contigerint;
dum ille salutem nostram procurauit.
Postremò discemus, quæ commoda ex
incarnatione filij Dei ad nos redeant.

Primò autem omnium oportet nos
scire, quidnam Euangelista Ioannes per
vocabulum (Verbi) intelligi velit, cum
dicit: Verbum caro factum est. Non
est autem sentiendū, quod VERBVM *Locus com-*
muniis tra-
ctatus in ge-
nere didas-
calico, quæ
hoc loco denotet euanidum verbum; plici. Voca-
qualia verba homines loquuntur. Sed buli.
significat æternum Filium Dei, Patri (*Verbi*)
consubstancialē: Deum verum de *Significatio.*
Deo vero, genitum, non factum. Quod
enim Euangelista hoc Verbum, quod
caro factum est, non inter creaturas re-
ferat, sed pro vero Deo agnoscat, ex

F 5 prin.

DE RATIONE

84

Ieann. I.

principio huius primi capituli clarum est. De Verbo enim incarnato sic loquitur: in principio ERAT Verbum. Non dicit Ioannes: In Principio fiebat, sed ERAT Verbum. Cum igitur mundus crearetur, non creabatur etiam Verbum: sed ante Mundi creationem erat. Nihil autem ante Mundi creationem fuit, nisi Deus. Itaque dicit scriptura: Verbum erat APVD DEVUM; significans, hoc verbum ad sacra loca etiam Trinitatem pertinere, hoc est, ipsum Verbum esse secundam Trinitatis personam. Quid: quod Euangeli ista Ioannes clarissime huius Verbi aeternam diuinitatem exprimit, cum dicit: DEVS erat VERBUM; quod significantius sic efferre poterimus: Verbum illud erat DEVS. De Verbo enim pronunciat Apostolus, quod sit Deus. Sed &c Verbi illius diuinitatem assertit Apostolus, cum inquit: Omnia per ipsum (Verbum videlicet) facta sunt. Sic enim Ioannes aperte Verbum in carnem

carnem

carnatum ex omnium creaturarum numero eximit, & constituit illud creatorem mundi, hoc est, verum & aeternum Deum. Filius enim Dei est sapientia Patris, per quam omnia Pater creauit.

Quin etiam Euangelista in textu, quem Prever. 8. recitauimus, discernit Filium Dei a creaturis, & ab hominibus, qui sunt filii Dei adoptiui, non naturales, cum inquit: Vidi mus gloriam eius, gloriam quasi VNIGENITI a patre. Hoc enim Verbum (quod nostra causa espinatur) est consubstantialis filius Patris ex ipsis substantia genitus; qua de causa etiam VNIGENITVS filius Dei sacer in scriptura vocatur.

Idem Euangelista noster etiam alibi de hoc Verbo incarnato, testatur, quod illud sit verus Deus, cum inquit: Sumus in vero in filio IE SV Christo: Hic est VERVS DEVS de Divinitate vera & vita aeterna. Huic nostro Euangelista & Apostolo astipulatur etiam 1. Ioan. 1. Apostolus Paulus, qui de Verbo illo.

*Aliæ probationes
de Divinitate vera
in incarnatione.*

Rom. 9.

illo incarnato sic loquitur: ex quibus
(Israelitis) est Christus, quantum atti-
niet ad carnem, QVI EST supra omnia
DEVS BENEDICTVS in secula.
Sed & in veteri Testamento, cum fu-
mentio filij Dei, Messiae & seruatoris
nostris, ferē semper vocatur IEHOVA:
quod vocabulum soli vero & æterni
Deo (non autem angelis, aut homini-
bus) conuenire, ipsi etiam Iudei (sicut
pertinacissimi hostes Christi) confiter-
necesse habent. Quare certissimum est,
hoc verbum, quod incarnatum esse dic-
it Etangelista, non esse Verbum eu-
nidum, sed Consumentiale Patris co-
lestis filium, verum & æternum De-
um.

*Vocabuli
(carnis)
Significatio.*

Cum igitur constet, quid Euango-
lista per vocabulum (Verbi) intelligat
videndum etiam est, quid in hac phra-
(Verbum caro factum est) vocabulum
Carnis significet. Intelligitur autem hoc
loco per vocabulum carnis, non venus
Adam, seu caro corrupta: sed verus ho-
mo, ex anima & corpore constans, h

qua significacione Propheta Iesaias vobis
cabulo carnis visus est, cum de prijs & be-
atis hominibus, in altera vita Deum ce-
lebraturis, sic scribit: Veniet omnis ca- *Isiae 61.*
ro, ut adoret coram facie mea dicit Do-
minus. Per carnem igitur, significa-
tur humana in Christo natura, quæ con-
stat anima rationali, & corpore: quorum
neutrum peccato Originis fuit inse-
ctum: quia Christus non ex virili semi, *Luce.1.*
ne, sed ex Spiritu sancto, est conceptus. *Matth.1.*

Quid igitur intelligendum est, cum *Quid sit In-*
dicitur: VERBUM CARO FA- *carnatio-*
CTVM EST: Hoc videlicet docere vo- *verbi.*
luit Spiritus sanctus: quod filius Dei as-
sumpsit humanam natum, in unam per-
sonam: ita quidem, ut ex diuisib. naturis
sit facta una persona, unus Christus:
manente nihilominus salua utramque natu-
ra. Qui igitur Christum in his terris
vidit, vere dicere potuit, se Deum vidisi.
se: qui eum docentem audiuit, reverenter
Deum audiuit: qui eum contrectauit,
Deum contrectauit. Itaque Ioannes, in
sua Epistola

sua Epistola , de hoc verbo incarnato
scribit : Quod fuit ab initio , quod
audiuimus , quod vidimus oculis no-
stris , quod perspeximus . & manus no-
stræ contrectauerunt , de VERBO
VITÆ : & vita manifesta est : & vid-
imus & testamur , & annunciamus vo-
bis vitam æternam , que erat apud Pa-
trem , & APPARVIT NOBIS ; quod
vidimus , & audiuius , annunciamus
vobis : vt & vos societatem habecatis no-
biscum , & societas nostra sit cum Pa-
tre , & Filio eius Iesu Christo . Et sane
pueri Christianorum simplicissime &
optimè de hoc magno mysterio loqui
solent . Cum enim vident depictam
historiam Salvatoris nostri Iesu Chris-
ti , dicere solent : Hic Domin⁹ DĒVS
NOSTER iacet in prælepio : Hic Do-
minus Deus noster à iudicis crucifixi-
tur : Hic Dominus Deus noster resur-
git à mortuis , &c. Et recte sane : quia
Deus manifestatus est in carne ; & De-
us homo factus est .

Hoc

Hoc magnum mysterium, Incarnationis filii Dei, sancti Patres quibusdam similibus vtcunque explicare co[n]nati sunt; nullum enim in rerum natura simile extat, quod per omnia ad huius mysterij explicationem quadret; sed tamen similia aliquid in hoc negotio declarare possunt. Athanasius in sancto suo Symbolo (quod tota Christi Ecclesia amplectitur) sic ait: Sicut anima rationalis, & caro, unus est homo; ita Deus & homo, unus est Christus. Hac est elegantissima similitudo, qua unio personalis in Christo adumbratur. Ut enim homo constat rationali anima & corpore: Sic Christi persona constat diuinitate & humanitate. Et anima (quandiu est in corpore) operationes suas per corpus exequitur: ita diuinitas Christi operatur per humanitatem, tanquam per suum instrumentum. Basilius in Concone de nativitate Saluatoris, humanitatem Christi assimilat ferro ignito, sej carenti, & qui

DE RATIONE

& quidem appositissimè : ut enim can-
dens ferrum plenum est igni ; & vrit ar-
lucet, ratione ignis , cuius proprietates
ferro communicantur : tamen manet
ferrum neq; conuertitur ferrum in sub-
stantiam ignis : ita humanitas Christi,
propter unionem cum persona filii Dei,
ea efficere potest , quæ alias sunt diuinis
tatis opera : & fit particeps proprieta-
tum diuinorum : nec tamen humanitas
in diuinitatem conuertitur. Cyrillus,
vnum ex Patribus , qui & ipse ante an-
nos mille , & amplius , vixit , cum de
Verbi incarnatione loquitur , vtitur si-
militudine carbonis igniti. Vt enim
carbo substantia sua lignum est , non
ignis , & tamen lucet & vrit : sic huma-
nitas in Christo verè est , manetq; in om-
nem æternitatem , natura humana : &
tamen , ex unione personali , communi-
catæ sunt illi diuinæ naturæ proprie-
ties. Ideoq; Christus , Saluator noster ,
non tantum secundum diuinam , verum
etiam secundum humanam assumptionam
naturam , est Omnipotens , Omnipra-
sens ,

CONCIONANDI 91

sens, & Omnis**c**ius. Id est ideo: qui ipsius
us, humanitas plena est diuinitatis, sicut
ferrum plenum est ignis: In Christo (in-
quit Paulus) inhabitat tota diuinitatis
plenitudo corporaliter. Itaque Christus
Itus (ratione humanitatis suæ) dicit: *Mat. 28.*
Mihi data est omnis potestas, in celo
& in terra. Est ergo omnipotens, non
modo ut Deus, verum etiam ut homo.
Idem Christus dicit: Ecce ego vobis-
sum sum omnibus diebus, usque ad
consummationem seculi. At non ha-
hemus dimidiatum Christum. Totus
igitur, ut Deus & homo, ubique Ecclesiæ
præsens est, De eodem Christo scri-
ptum est: quod in ipso omnes thesaui-
ri sapientiae & scientiae sint absconditi.
Ergo Christus, Dominus noster, Deus
& homo, omnia nouit, neque ipsum quic-
quam fugit. Sed forrasse aliquis in-
quiet: Si Christus secundum vitamque *Obiectio.*
naturam est omniscius: quomodo i-
gnorabat diem Iudicij extremi? Si om-
nipotens: cur in deserto non conuer-
tebat lapides in panes? Si omnipræsens,

G

cur

*Coloss. 2.**Ibidem.**Coloss. 2,*

cur dicebat. Pauperes semper habebitis, me autem non semper : Responso (dilectissimi in Christo) facilis est. Christus cum in forma serui esset, exinanuit (teste Paulo) semetipsum, nec voluit diuina sua maiestate ut, nisi cum summa necessitas id postularet. Itaque tunc (ad tempus) nolebat scire diem Iudicij extremi: nolebat ex lapidibus panes facere. Interim tamen temporalis illa forma serui non exuebat Christum possessione diuinæ maiestatis. Et de visibili præsentia atq; conuersatione terrena loquebantur, cum diceret: Me autem non semper habebitis: interim invisibilis, sed eandem veram suam præsentiam, Ecclesiæ suæ nunquam denegauit. Humanitas enim assumpta, per unionem personalem, eucta est ad diuinam & immensam Maiestatem, de qua iam dictum est.

Pugnantia.

Cauendi sunt autem in hoc misterio tres scopuli, ne ad unum ex illis impingat.

pingamus. Primo quidem ne Christi
hominis Maiestatem & potentiam ex
nostra imbecillitate metiamur. Etsi e-
niam Christus humanitatis ratione no-
bis per omnia similis factus dicitur : ta-
men hoc de humanitatis substantia,
non degloria & maiestate eius (quam
ex unione personali habet) intelligen-
dum est. Exempli gratia : sume lamina
nam ferream , & unam eius partem in
igne pone , ut sicut candens , & videbis
ingens discrimen in uno eodemque for-
to. Una enim parte totum erit igneum ,
altera parte erit adhuc frigidum , ita ut
eandem laminam , videoas una parte ve-
rentem , & lucidam , altera parte nigram
& frigidam : & tamen ferrum idem , una
parte candens , & altera parte frigidum ,
est proorsus eiusdem substantiae ex una
metalli fodina desumptum , & in
uno fornace conflatum : Christi ig-
tur humana natura a nostra (quoad

G 2 substantia

Substantiam) non est diuersa; sed tamen est instar ferri igniti, cum nos vix primitias Spiritus sancti acceperimus, & paululum operatione Spiritus sancti (vitia dicam) calefiamus. Itaque sciamus, Christum quidem esse nobis similem secundum carnem: ita tamen, ut ille infinitas (præ nobis) prærogatiwas obtineat. Quare minime mirum est, si ille ea (etiam humanitate sua) præstare potest, quæ nobis simpliciter sunt impossibilia.

Secundò, studiose cauendum est, ne naturas, earumque proprietates, in Christo ita discernamus, vt personam Christi soluamus, & (cum hæretico Nestorio) duos Christos faciamus. Quis (inquieris) hoc facet? Audi: Est genus hominum (Caluinistas dico) quod negat proprietates diuinæ naturæ communicari assumptæ naturæ humanæ. Itaque illi affirmare audent: Christum secundum diuinam naturam esse omnipotentem; secundum verò humanam natu-

naturam tantum esse omnipotentem.
 Christum secundum diuinam naturam
 ubique praesentem esse: secundum vero
 humanam naturam simul non posse in
 duobus, nedum in omnibus, locis ad-
 esse. Christum secundum diuinam na-
 turam omnia nosse: at secundum hu-
 manam naturam tantum aliqua, non
 autem omnia, scire. Christum secun-
 dum diuinam naturam adorandum: se-
 cundum humanam autem naturam a-
 deo non adorandum, ut ille, qui huma-
 nitatem in Christo (etiam in vniione
 personali consideratam) inuocet, hor-
 rendam & execrabiliter Idololatriam
 committat. Hi nimirum, qui sic sentiunt,
 cum heretico Nestorio fingunt duos
 Christos, etiam si id seduliter dissimulant:
 unum, qui omnia possit: alterum, qui
 multa possit. Vnum, qui ubique praesens
 sit: alterum, qui simul & semel in uno
 tantum loco sit praesens: Vnum, qui
 omnia norit: alterum qui aliqua tantum
 norit: vnum, qui adoretur: alterum,
 quinon adoretur. Hæc est Nestoriana

Hæresis, à qua nobis diligentissime cauteamus. In symbolo enim Apostolico vnum tantum, non duos Christos, consitemur. Et Apostolus Paulus sic scribit: Vnus enim Deus, VNVS & ME-DIATOR Dei & hominum, homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem seipsum pro omnibus. Quare personam Christi, Mediatoris nostri, integrum retineamus.

Tertiò cawendum etiam est, ne duas naturas in Christo confundamus: quod non minus peccatum esset, quam si personam diuelleremus, Filius enim Dei in omnem æternitatem manet verus Deus. Et Christus (ratione humanitatis sive) in omnem æternitatem manet verus homo: ita, ut per incarnationem neque Verbum, neque caro abolesatur. Neque conuersa est humanitas in diuinitatem: neque diuinitas in humanam naturam est mutata: neque ex diuabus naturis aliquid tertium (quod nec Deus, nec homo sit) factum est: sed

sed DEVSHOMO FACVS EST.
Et hæc pro huius temporis ratione de
eo (quomodo Verbum caro factum
sit) dicta sufficient.

Videmus etiam , quænam illam
Filij Dei incarnationem sint consecuta.
Factum est autem hac Verbi incarnati-
one , vt Filius Dei humanas miserias
gustaret : ita tamen , vt nullo peccato *Luka. 2.*
contaminaretur. Natus est igitur Chri-
stus in summa paupertate, atque in sta-
bulo , inter sordes pecudum , primò hanc
lucem aspexit : neque enim aliis locus
illi concedebatur in diuersorio : fascijs
inuolutus in præsepio iacuit. Postea *Matib. 2.*
in exilium Agyptiacum deportatus
est, ne per Herodis fæuitiam è me-
dio tolleretur. Educatus est in Na-
zareth , apud Iosephum(qui pater ip-
sius esse putabatur) inter multos & *Marc. 6.*
magnos labores. Iosephus enim faber,
& quidem homo pauper, erat. Esuriuit
Christus, sitiuit, alsit, defatigatus & vi-
tribus exhaustus est, vt alij homines, ita *Ioan. 4.*

G 4

vt re-

vitiatione indigeret. Contristatus est, ut fleret. Persecutionem passus est; Iudei enim eum nunc præcipitare, nunclapidare voluerunt. Denique proditus, est à suo discipulo, captus ab hostibus, & vincitus, multis contumelijs affectus est. Sententia Synedrij Iero. Iimitani, & Pilati Praesedit Romanii, innocentis ad mortem condemnatus, flagratis cæsus, & tandem crucifixus atque mortuus est. Hæc omnia Christus in assumpta sua humanitate pertulit. Et hæc breuiter complexus est Petrus, cum dicit: Christum passum esse in carne. Non autem his miserijs fuisset obnoxius, nisi eas nostra causa in se sponte receperisset: ut nobis succurreret. Volut autem has miseras perpeti (quæ sunt poenæ peccatorum) ut pro nostris peccatis patri coelesti perfectè satisficeret. Præterea, eas ob hanc etiam causam in se recepit, ut certò statuamus, ipsum vere nostris æruminis compati, & eas mitigare velle. In eo inquit Apostolus) in quo passus est ipse, & tentatus, potens

Luc. 19.

Ioan. 11.

Luc. 4.

Ioan. 8.

Matt. 26.

27.

1. Pet. 4.

Hab. 2.

potens est & eis, qui tentantur, auxiliari.

Interim tamen, inter illas ipsas infirmitates & miserias, aliquoties maiestas diuinitatis eius emicuit. De qua ^{Ioan. 1.} re Ioannes ait: Vidi misericordiam eius, misericordiam quasi unigeniti a patre. Etenim in miraculis quae edidit, maiestas ipius diuina effulsa. Vnde Ioannes de primo Christi miraculo (in Cana Galilææ edito) scribit: Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ: & manifestauit misericordiam suam: & credide. ^{Ioan. 2.} Matt. 17. runt in eum discipuli eius. Quanta obsetro, fuit maiestas illius in monte, cum facies eius splenderet, ut sol, & vestimenta eius sicuti nix, candidissima essent & Quid? quod etiam in ipsa passione Christi maiestas emicuit. Cum, n. ^{Ioan. 18.} illis, qui ad ipsum capiendum aderant, diceret: EGO SVM, retrocesserunt & ceciderunt in terram. Sed & Christus maiestatem suam diuinam demonstrauit, cum propria virtute a mortuis resurgeret, lapide clauso e sepulchro exi. ^{Matt. 28.}

G v ret, &

Acto. 1.

ret, & postea destinato tempore ad coelos ascenderet: insuper Apostolis Spiritum sanctum mitteret. Quare Filius Dei incarnatus est & formam seru nostram causa inter multas miserias) gu-
stauit: & interim etiam (quantum vo-
catio ipsius postulabat) aliquoties diu-
nitatis suae maiestatem declarauit.

*Effectus seu
fructus ex
incarnatione.**Iean. 1.**Roma. 8.*

Audiamus etiam quædam de fru-
ctu incarnationis Christi: quam, videa-
licet, nos ex ea re-vtilitatem & consola-
tionem capere possimus. Fecit autem
nobiscum Filius Dei saluberrimam
permutationem. Factus est enim Filius
hominis, ut nos fieremus filii Dei ad
optimam. Hoc testatur Ioannes, cum de
Christo dicit: Dedit potestatem filios
Dei fieri, his, qui CREDVNT IN
NOMINE EIVS. Quotquot igitur
in Iesum Christum verè credunt, hi ex fi-
lijs Adæ, & ex filijs iræ sunt filii Dei, ac
recipiuntur à Deo in gratiam. Paulus
dicit: Ipse Spiritus (sanctus) testimonium reddit Spiritui nostro, quod sumus
filii Dei.

Si au.

Si autem per Incarnationem Christi facti sumus filii Dei, ergo & hæredes sumus omnium cœlestium honorum. Hoc illud est, quod paulus dicit: Si autem filii, vt igit & hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Et Petrus affirmat, in cœlis nobis repositam esse hæreditatem incorruptibilem, immarcescibilem, & incontaminatam. Christus, n. frater noster factus, vult nos diuinitarum cœlestium participes facere: quod Paulus his verbis testatur: Christus (inquit) propter vos egenus factus est, cum esset dives: ut illius inopia vos diuites fieritis. Quare recte dicit Ioannes, eum fuisse plenum gratia & veritatis: hoc est, eum non modò gratia diuina omnes homines infinitis modis superare, verum etiam erga genus humanum summè fuisse beneficium. Vocabulum enim veritatis, Hebræa phrasí sèpè beneficentiam significat. Et war voller Lieb vñnd Treue. Pro beneficijs autem, quæ ex Incarnatione Christi habemus, ipsi seruatori nostro perpetuam animi gta.

gratitudinem debemus. Gratos autem nos illi exhibehimus, si non modò grata mente ipsius beneficia agnouerimus, & pia oris confessione, & laudibus, ipsum celebrauerimus : verum etiam si omnes nostras actiones ad ipsius voluntatem accommodauerimus, ut fugiamus, quæ ipse odit : faciamus, quæ ipse probat: patienter feramus, quæ ipse nobis imposuerit.

Epilogus.

Quare, Charissimi, ex tota hac Concionē præcipue hæc firma memoria complectamur. Primo, quale sit illud Verbum, quod nostra causa cara factum est, videlicet, æternus Dei filius, Deus verus: 2. Et quid sibi velint verba Euangelistæ, cum dicit: Verbum cara factum est: quod nimirum Filius Dei assumperit humanam naturam in unam personam, 3. sed & admoniti estis de erroribus in hoc mysterio cauendis: ne Christi potentiam ex nostra imbecillitate metiamur: ne personam Christi diuellamus: neue natures in Christo confundamus. Secundò ob-

dó obseruemus, quæ consecuta sín filií
Dei incarnationem: quod nostra causa
humanas miserias gustauerit, ut pecca-
ta nostra expiaret, & vt nostris miseríjs
compatí possit: & quod interdum (et
iam in forma serui existens) fulgorem
quendam suæ diuinitatis emiserit. Ter-
tio diligenter consideremus, quæ com-
moda nobis ex incarnatione Filii Dei
proueniant: 1. quod Filius Dei factus
sit filius hominis, vt nos per fidem ve-
ram sumus Filii Dei: 2. & quod ipsius
paupertas nos faciat hæredes cœlestium
bonorum. Quare ipsi toto pectore
gratias agamus, omnes actiones nostras
ad gloriam eius insituamus, qui salutis
nostræ causa incarnatus est. Cui cum
patre & Spíritu sancto, sit laus, honor
& gloria in omnem aeternitas
tem, Amen.

**FINIS PRIMÆ
CONCIONIS.**

**DISPOSITIO
CONCIONIS, IN DIE
circumcisionis Domini habitæ, in qua
plures Locū Communis, & quidem in di-
uersis causarum generibus,
tractantur.**

TEXTVS Lucæ 2.

Propter quā consummati sunt dī-
es octo, ut circumcideretur pu-
er: Vocatum est nomen eius
I E S V S : quod vocatum est ab An-
gelo, priusquam in utero conciperetur.

EXORDIVM.

1. *Et Christus N O B I S natus est, Isaie 9.
Ita etiam N O B I S est circumcisus.*
2. *Quare non minus diligenter de Circumcisione,
quam de nativitate eius, audiamus.*

PROPOSITIO.

- I. *Docet Euangelista, quod Christus octauo
die sit circumcisus.*
- II. *Et quale ipsi nomen tunc fuerit impos-
tum.*

LOIM

Locus communis I. in genere didascalico, quæstione simplici.

Quid.

Circumcisio fuit Sacramentum veteris testamenti, quo sicut et foedus inter Deum & hominem, Genes. 17.

Causa efficiens.

Deus ipse instituit hoc Sacramentum: itaque non deridendum.

Cause finales.

- I. Ut testaretur de gratia Dei.
- II. Ut admoneret de corruptione naturæ & mortificatione carnis.

TRANSITIO in aliud cognatum
Locum communem.

Quid opus fuit, ut Christus, qui sine peccato erat, circumcidetur?

Locus Communis II. in genere Didascalico, simplici quæstione. Causa Circumcisio Christi.

- I. Non ipse indigebat circumcisione.
- II. Quia certè sciebat se esse filium Dei altissimi, Luc. 1.
2. Qui peccatum non habebat: nec dolus erat in ore eius, 1. Pet. 2.
- II. Sed circumcisionis nostra causa: ut legi subjeceretur.

1. Testim.

1. Testificor omni homini circumcidendi se,
quod debitor est. &c. Gal. 5.

Effectus seu utilitas circumcisii
Christi

Dum legi se subiecit, nos à lege liberavit, ne
damnemur.

1. Factus est sub lege, ut eos, qui sub lege er-
rant, redimeret. Gal. 4.

2. Non veni soluere, sed implere legem.
Matt. 5.

3. Unius obedientia constituuntur mulii.
Roma. 5.

Locus Communis III. in genere
Deliberatio.

Et si autem corporalis Circumcisio abolita est,
ramen Christiani debent circumcidere corda sua
spirituali circumcisione.

Ab honesto.

1. Circumcidite preputium cordis vestri.
Dent. 10. 16.

2. Hanc circumcisionem commendat Paulus
Roma. 2

3. Hanc Circumcisionem requirit Paulus di-
cens: Mortificate membra. Coloss. 3.

Anecessario.

1. Non pertransibit per te incircumcisus
Isa. 52. in libro Jer. IV. p. 60. c. 2.

2. Incir-

2. Incircumcisit corde censentur inter repro-
bos, Actor. 7.

Transitio ex genere deliberativo,
in genus Didascalicum simplici quæsti-
one:

Quid.

~~Circumcisio est mortificatio veteris Adami,~~
~~de qua Coles. 3. Gal. V. Rom. VI. 6.~~

Partes.

I. Exempli gratia: Circumcidatur lingua: ne blasphemet; & ne in uanum iuret: ne mentiatur: ne proximo detrahatur. Ps. CXVII. 6. &c. ~~anatomi~~

II. Cor, ne avaricia labore: ne superbia tur-
geat: ne inuidia labore. Es. Cap. XXXIV. 13, 14, 15. ~~corde~~

III. Oculi: ne impudicè circumspiciant. miniz ante Cor.

IV. Aures: ne libenier derrectationes audie-

ant. ~~principi~~. Qualis uero fatus rite re-

V. Os: ne ingurgitatione peccet. Itz iumento post

VI. Manu: ne furentur: ne sine plago se conseruent.

VII. Pedes: ne ad mala properent. id potest cognosc-

eris.

TRANSITIO ad textum. ~~propositum ad~~
~~soliloquij obiectus~~
~~sed consideremus, quid sibi velis, quod in~~
~~ram tenera atate fuerint pueri (octauo die) circum-~~
~~cisi.~~

Heinr. Melch. Locus

Locus Communis IIII. in gener
Didas; quæstione composita.

Si rectè circumcisus est puer octavo die, et
iam rectè in infantia puer baptizatur.

1. Quia baptismus succedit in Locum Circum-
cisionis, Coloss: 2.

2. Quia Deus potest infantibus dare fidem;
Exemplum Ioannis, Luce I.

3. Quia infantes placent Deo; habent ergo
fidem, Heb. 11. quam illis preces impetrant.

4. Quia pertinet ad eos Regnum Dei, Mat.
10. Ergo Ecclesia per baptismum inserendi.

TRANSITIO ad Locum Commu-
nem cognatum.

Cur Deus tantæ severitate exigebat Circum-
cisionem: Gen. 17.

Locus Communis V. in gener
Demonstratio.

Ingens peccatum est, contemnere Sacra-
menta, diuinitus instituta, ut faciant Schwenckfel-
diani.

Ab in honesto.

1. Tales Deum stultitia arguunt; qui tamen
est sapientissimus; nos vero stulti, 1. Cor. 1.

Nostrum.

CONCIONANDI 109

2. Nostrum non est Deo praescribere, per qua media nos salues : perinde, ut nec ager medibo prae scribit.

Ab inutili.

I. Tales contemptores suam & aliorum salutem negligunt, Luca 7.

II. Qui media reijicit, etiam diuina beneficia reijicit.

III. Perinde faciunt, ve q̄, qui sine nauiro lani mare aut flumen transire.

TRANSITIO ad Textum.

I. Satis dictum de Circumcisione Christi :
2 audiamus etiam de ipsis nomine pauca.

Locus Communis VI. in genere Di dasca, questione simplici.

Quid vocabulum significet.

Significat Saluatorem.

Causa huius nominis.

Quia saluat populum suum à peccatis suis Matth.1.

Effectus seu utilitas huius nominis.

I. Ut ex eius recordatione conscientiam nostram compescamus ; quia scimus à peccatis nos liberatos.

H 2

Vt in

11. 3. vt in affl. etenib[us] flatuam[us], Deum nobis propter hunc Iesum salvare. Galobat[us] 13. 1. 1.

Adiacens.

Itaq[ue] honesta disciplina est, quod genuit. Etimus ad nominis Iesu enunciationem, Philip. 2.

EPILOGVS.

I. Quare circumcisio fuerit instituta, 2. Cum Christus circumcisus 3. Quomodo corda nostra circumcidenda sint.

II. Quod circumcisione recte concludatur: infantes baptizandos: 2. Et, quod Sacra menta, diuinatus instituta, non sint contemnenda.

III. Quid vocabulum Iesu significet: & quae inde consolatio petenda.

Honoremus igitur Iesum salvatorem, eumque cum patre & spiritu sancto, celebremus: sic fiet, ut in omnem eternitatem laudemus,

A M E N.



CON.

CONCIONANDI III
CONCIO EADEM,
IN QVA ADIVNCTA
est elocutio, iisdem feré verbis consi-
gnata, quibus publice in Ger-
manico Idiomate fuit
recitata.

Venadmodum (dilecti In Do- *Exordium*
mino) Christus NOBIS, hoc
est, nostræ salutis causa, NA-
TVS est, ut Propheta Iesaias *I, 4, 9.*
testatur: Ita etiam NOBIS, hoc est,
Propter salutem nostram CIRCUM-
CISVS est. Quicquid enim Filius
Dei incarnatus in hoc mundo fecit &
passus est, nostræ salutis causa fecisse &
passum esse constat: Quare non mino-
re diligentia & attentione de Christi
Circumcisione, quam de ipsis Natis
uitate, ea quæ ex sacris literis nobis pro-
feruntur, audiamus.

Duas autem res maximas Euange- *Propositio*,
listapaucis verbis nobis commemorat.

H 3 Primò

Primo quidem, quod Iesus Christus, filius Dei, octavo die (pro more gentis Iudaicæ) fuerit circumcisus. Secundò verò, quale nomen huic puerō sanctissimo fuerit (incircumcisione) impostum : nihil autem horum temere factum esse certò statuamus.

Locus com- Ut autem totum negotium recti-
muni 1. in us intelligamus, sciendum est, quidnam
genere Di- sibi voluerit circumcisio in veteri Testa-
Didas. que mento. Fuit autem circumcisio in veteri
stione sim- Testamento Sacramentum, quo Deus
plici. Quid eum, qui circumcidebatur, certum red-
fr. debat, quod haberet Deum propicium;
Conf. loc. & circumcisus sese vicissim Deo ad ob-
Fundib. edientiam obligabat. Itaq; in circumci-
XIV. sione fiebat foedus inter Deum & ho-
Pand. minem. Etsi autem soli pueri circumci-
Cand. dehantur ; tamen (quantum ad foedus
attinebat) sub masculino sexu etiam
fœmellæ comprehendebantur. De cir-
cumcisione autem sic ad Abrahamum
Patriarcham Dominus locutus est :
Gene. 17. Hoc est pactum, quod obseruabitis in-
 ter

ter me & vos, & semen tuum post te :
Ciruncidetur ex vobis omne masculi-
num : & circumcidetis carnem præpu-
tij vestri, vt sit in signum foederis inter
me & vos. Infans octo dierum circum-
cidetur in vobis, omne masculinum in *Ibidem.*
generationibus vestris. Et post aliquat
Masculus, cuius præputij caro circum-
cisa non fuerit, delebitur anima illa de
populo suo : quia pactum meum irri-
tum fecit. Ex his verbis colligere po-
testis, quid circumcisio fuerit, & quanta
leueritate Deus olim eam requisiuerit.
Et si autem haud dubie vincinæ gentes
banc Ceremoniam irriserunt : tamen à *Causa ef-*
Deo ipso instituta fuit : qui cum popu- *ficiens.*
lo suo (hoc, & non alio modo) foedus
facere, tunc quidem, voluit: cuius insti- *Cause fi-*
tuta, vt sunt sapientissima, ita ea irridere *nales.*
minime decet. Ordinauerat autem Do-
minus hoc Sacramentum, propter duas
causas : Primo, vt hoc externo signo
confirmaretur eorum conscientia de

H 4 gratia

gratia & clementia Dei: cum quo enim
 Deus fœdus pepigit, is haud dubie Deo
 est acceptus & charus. Secundò, ut po-
 pulus Dei admoneretur circumcisione
 præputij, de corruptione nostræ natu-
 ræ, quam nobiscum in hunc mundum
 afferimus: quippe quæ per carnalem
 generationem à parentibus in nos pro-
 pagatur: Utq; Abrahæ posteritas sus-
 deret mortificare carnem, hoc est, præ-
 uas concupiscentias, ne in effectum ve-
 nirent: qua sanè admonitione vehemen-
 ter opus habeant.

*Transitio
in aliū
cognatum
locum com-
muniū.*

*Locus.
com 2. im-
gen. Did.
questione
simplici.
Causa cir-
cumcis.
Christi.*

Minari autem non abs re aliquis
 posset, cum nām Christus fuerit circum-
 cisis, qui totus mundus, & sine omni
 peccata erat.

Sanè Christus nihil indigebat cir-
 cumcisione: ideoq; non suæ salutis cau-
 sa circumcisus est. Non enim necessa-
 riū erat Christo, vt per circumcisio-
 nem certior fieret de gratia & clemen-
 tia Patris coelestis. Priusquām enim in
 utero materno conciperetur, Angelus
 Gabriel ipsius matri Mariæ dixerat:

Quod

C O N C I O N A N D I I I S

Quod nascetur Sanctum, vocabitur *Filius Dei.* Neque de mortificanda carne admonendus erat, qui peccatum nullum habebat. Nam peccatum Christus *I. Pet. 2* (testo Petro) non fecit: nec est inuentus dolus in ore eius. Circumcisus est igitur Christus nostra causa, videlicet propter salutem nostram, circumcisio nem usurpando, toti legi sele subiiceret volens: in quem lex alias nullam habebat potestatem. Sic enim scribit Paulus: Testificor omni homini circumcisus denti se, quod debitor est universae legis faciendae. Ergo Christus una cum circumcisione totum onus legis in se recipere voluit: ut legi pareret, & perfectam obedientiam ei praestaret, cui nihil debebat. Lex enim non propter filium Dei, sed propter peccatores, promulgata est: Lex non potest filio Dei aliquid prescribere: cum ipse sit legis *Effectus Dominus.* Hic igitur fructus ex circumcisione Domini ad nos reddit, ut nos a lege liberemur: non quidem, ut nullam legi obedientiam praestemus,

Galat. 5.

H v sed

sed ne damnamur, si legi non perfecte
satisfaciamus; quia Christus PRO NO-
BIS legi satisfecit: & ipsius obedientia
nobis (credentibus in eum) imputa-
Galat. 4. tur. Hoc affirmat Paulus, cum inquit:
Vbi venit plenitudo temporis, misit
Deus Filium suum, factum ex muliere,
factum sub lege, **VT EOS QVI SVB
LEGE ERANT, REDIMERET,**
ut adoptionem filiorum reciperemus.
Ecce Christus ipse dicebat; Nolite putare,
quod veni soluere Legem, aut Prophe-
tas: non veni soluere sed **ADIMPLE-**
RE. De hoc fructu, quem ex eo percipi-
mus, quod Christus sese sponte legi sub-
iecit, perspicue loquitur Paulus, cum in-
Matt. 3. quirit: Sicut per inobedientiam unius ho-
minis peccatores constituti sunt multi;
ita & per unius obedientiam iusti con-
stituentur multi. Quare cum nostra
conscientia nos accusat, quod legi Dei
nos satisfecerimus: opponamus ei
Circumcisionem Christi: quippe qui
ideo est circumcisus ut onus legis in-
Rom. 5. se reciperet, perfectam obedientiam pa-
tri

tri præstaret, quam nemo hominum in
hac vita præstare potest.

Cæterum, quod ad Circumcisio-
nem corporalem attinet, et si ea in Chri-
stianismo est abrogata, tamen à Christi-
stianis requiritur Spiritalis Circumci-
sio; ut, videlicet, corda sua circumcidant:

quare in eo nobis elaborandum est, vt
indies corda nostra circumcidamus. *Ab honesto.*
Deut. 10.
Hanc enim circumcisionem nobis Do-
minus mandat, cum inquit Moses:
Circumcidite præputium cordis vestri,
& ceruicem vestram ne induretis am-
plius. Quia Dominus Deus vester ipse
est Deus Deorum, & Dominus Domi-
nantum, Deus magnus, & potens, &
terribilis, &c. Hanc spiritualem cordis
Circumcisionem commendat nobis Pau-
lus, cum ait: Circumcisio cordis(quæ
fit) in Spiritu (vera est Circumcisio) *Rem. 2.*
non(ea quæ in) litera: cuius(Circum-
cisionis) laus non ex hominibus, sed ex
Deo est. Ad hanc spiritualem Circum-
cisionem dederunt nos idem Apostolus, *Coloss. 3.*
cum ad Colossenses scribit:

Mor-

Coloss. 3.

A necessario.

Isa. 52.

Ador. 7.

Mortificate membra vestra quæ super terram sunt, fornicationem, immundiciem, libidinem, concupiscentiam malam, & auariciam, quæ est simulacrorum seruitus. Et sane hæc circumcisio cordis adeò est necessaria, ut scriptura doceat, eos qui noo sic circumcidantur, non esse in numero filiorum Dei. Cum enim Isaías statum vere Ecclesiæ Dei describit dicit: Non adiungit ultra, ut pertranseat per te circumcisus & immundus: Significans etiæ in extera Ecclesiæ congregatione multi sunt hypocritæ: tamen coram oculis Dei non censeri inter Ecclesia membra incircumcisos corde: eosq; in altera vita nullum prorsus inter electos Dei locum habituros. Et S. Stephanus incircumcisos corde inter eos numerat, qui Deo repugnant, neq; sunt populus Dei, cum inquit: Dura cervus & incircumcisus cordibus & auribus, vos semper Spiritui sancto resistitis &c. Quare nisi è filiorum Dei numero excludi velimus, curandum est.

ne

ne inter circumcisos corde reputari pos-
simus.

Quæ est autem (inquires) illa cor- Transficio
ex genere
dis circumcisio? Num cor è corpore Delib; in
eximendum, & circumcidendum, po- genus di-
stea verum in suum locum reponen. dascalie
dum est? Audi; Circumcisio cordis est cum. Quid
mortificatio veteris Adami: de qua su- sis.

pra Paulus in Epistola ad Colloſſenses
egit: cum videlicet prauas concupiſ-
centias compescimus, & (quantum fieri
potest) reſecamus, ne in nobis domi-
nentur, & in scelera abeant. Et cor
circumciditur, cum cor regitur Verbo
& Spiritu Sancto, ut membra etiam in
officio contineat. Et hoc modo non
cor tantum, sed & alia hominiſ mem-
bra ſpiritualiter circumciduntur. Hu- partes.

ius rei aliquot exempla audiamus. 1.

Circumciditur lingua, cum ita regitur,
ne Deum (abusu ſacro sancti ſui nomi-
niſ) blaſphemet: ne in vanum iureet
aut peieret, ne mentiatur: ne proximo
ſuo detrahatur, aut alijs pernicioſa lo-
quatur, 2. Cor circumciditur, ſi ab eo

auaricia

auaricia remoueatur : si fastus & superbia reſecentur : si inuidia & odium proximi inde expurgentur. 3. Oculi circumciduntur, vel eruuntur potius, cum cohibentur ne quenquā hominū impudicè alpiciant. 4. Aures circumcidimus, cum eas obtrectatoribus & calumniatoribus patere non simus. 5. Os circumciditur, cum cauetur, ne ingurgitatione corpus & animam grauemus. 6. Manus circumciduntur, cum prohibentur à furto ; & à violentia proximo inferenda. 7. Pedes circumcidimus, cum eis non permittimus, ut ad scelera perpetrandae curram. Et hoc modo de reliquis membris solliciti simus, ut ea à vitijs præseruemus ; æoc est verè cor circumcidere.

Supra autem dictum est in textu : quod Christus OCTAVO die fuerit circumcisus : idq; secundum mandatum Dei sic factum esse, ex veteri Testamento didicimus. Quid autem sibi voluit Dominus quod pueros in tam tenera ætate circumcidiri iussit ? an non potuisse id negocium multò commodius in annum

**Translatio
ad textum
& alium
Locum
Communi-
uem.**

annum decimum tertium aut decimum
 quartum resurgit qua ætate rectius, quid
 sibi vellet circumcisio, & quale foedus
 cum Deo facerent, intelligere potui-
 sent. Sed præuidit Spiritus sanctus, fo-
 re aliquando genus hominum, quod ne compo-
 rejecturum esset Baptismum infantium, sita.
 Locus com-
 munis 4. in
 genere Di-
 das. p. n. s. o.
 quasi inutilem. Ideoq; Dominus insan-
 tes in tam tenera ætate circumcidit iussit,
 ut intelligeremus, non minus recte in-
 fantes Baptizari, quam olim fuerunt
 circumcisi. Si enim potuerunt infantes
 in veteri Testamento, die nativitatis
 octauo, solenne foedus cum Deo (per
 circumcisionem) inire; quid prohibe-
 ret, quin nostri etiam infantes in ætate
 tenera (per Baptismum) foedus cum
 Deo ineant? Certum est enim, Baptis-
 sum in Locum circumcisionis succes-
 sisse: teste Paulo, qui sic ait: In quo &
 circumcisionis estis circumcisione non ma- Coloss. 2
 nu facta, in expoliatione corporis car-
 nis, in circumcisione Christi, consepulti
 e IN BAPTISMO: in quo & resur-
 existis per fidem operationis D E I,
 qui

qui suscitauit illum à mortuis. Quare recte Baptismus infantibus confertur ut olim pueri octauo die circumcidabantur. Et plurimum errant Anabaptistæ, qui putant, infantes per æternum nondum posse in Christum credere, ideoq; baptizandos non esse. Quasi vero Deus non possit infantū donare fidem in Christum? qui Iohannem Baptistam (teste Euangelista Luca) in utero materno Spiritu Sancto replevit, ut Christum saluatorem suum, etiam in utero virginis Mariæ delitescentem, agnosceret, & præ gaudio in ventre matris suæ exiliret? Quasi vero parentum aliorumque piorum hominum genitus, & piæ preces (pro infantibus solutæ) sint irritæ? Sed quid multis opus est? Apostolus ad Hebreos scribens affirmat, impossibile esse, ut quis sine Fide Deo placeat. Quantopere autem Dominus infantes vel olim circumcisos, vel hodie Baptizatos, diligat, ex sacris literis notum est: quæ testantur infantibus, & puerulis suis Angelos à Deo

Lxxc. 1.

Hebr. 11.

Mat. 18.

Deo esse datos custodes, ne pereant.
 Sed & Christus de infantibus dicit: Si-
 nite eos ad me venire: talium enim est
 regnum cœlorum, Si autem ad infantes
 etiam pertinet ius regni cœlestis, utq[ue] Ephes. 5.
 per Baptismum Ecclesiæ sunt inseren-
 di: ut per lauacrum aquæ mundentur
 à peccato Originis, ne id illis impute-
 tur: utq[ue] ibi ex aqua & Spiritu rena-
 scantur, & filij atq[ue] hæredes Dei fiant.
 Quare errorum illum Anabaptistum
 rejiciamus: & intantes nostros recens
 natos primo quoque tempore Christo
 offeramus: ut per Baptismum in fœdus
 Dei recipiantur.

Cur autem, inquires, Deus tanta *Transficio*
 severitate exigebat circumcisio[n]em: ut ad Locum
 etiam affirmaret, eum de populo Dei *Communem*
 deletum iri, qui non circumcideretur: *cognatum*.
 An Dominos pueros veteris Testa-
 menti non poterat sine Circumcisione
 saluos facere? Respondeo. Dominus *Loc⁹ cum⁹*.
 non vult, ut ipsius Sacramenta(propter *mugis V.*
 salutem nostram instituta) negligamus, *in genere*
 aut contemnamus, Quare grande *sc̄s Demonstra-*
lus ^{149.}

Ius committunt, qui de Sacramentis, à Deo institutis, non præclarè sentiunt, sed ea, tanquam res ad nostram salutem parum aut nihil facientes, vilipendunt, extentant, eaq; contemnunt. Tales rœuera sunt Schyvenckfeldiani : et si videri nolunt. Quamvis enim liberos suos Baptizari permittant, tamen sentiunt, Baptismum externum neq; obesse, neq; prodesse : sed esse rem talem, qua vel vti, vel non vti liceat. Eodem modo etiam de Sacramento Coenæ Dominicæ sentiunt. Inuenias enim Schyvenckfeldianum aliquem, qui intra viginti annos ne semel quidem ad Coenam Domini accedat : perinde ac si usu illius Sacramenti optimè carere possent Christiani. Hæc est magna impietas : & quidem multò maior, quam vulgo existimatur. An non enim hi homines Deum nostrum stultitiae argunt, vt qui talia in Ecclesia sua instituerit Sacra menta, quibus nihil opus sit. Et quæ ne p ad ipsius gloriam, neq; ad nostram

nostram salutem faciant & Absit hoc.
Quin potius Deus sit sapientissimus :
homines vero (teste paulo) sint stulti
& fatui praelertim in rebus diuinis &
coelestibus & agnoscant suam stultitiam,
atque Deo se humiliter subiiciant.
Nostrum non est praescribere Deo me-
dia & rationes, quibus ille nos saluos
faciat. Hoc enim quid, obsecro, aliud es-
set, quam si æger delirans medico pe-
nitissimo præscriberet, quibus pharma-
cis curari vellet? Quasi, Dominus De-
us non multò melius, quam nos ipsi,
nōrit, quid nobis conducat? Sane, tales
Sacramentorum contemptores sibi ip-
sis & alijs (qui eos sequuntur) pessime
consulunt : suam enim, & (quantum
quidem in ipsis est) aliorum salutem
negligunt. Itaque recte quadrat in illos
id, quod Lucas Euangelista de Phari-
sæis scribit, dicens : Pharisei autem &
Legis periti CONSILIVM DEL-
SPREVERVNT contra SEMET.
IPSOS, non Baptizati à Ioanne, &c.

1 Cor. 1.

Luce. 7.

I 2

S.C.

Sic etiam contemptores sacri Ministerij consilium Dei spernunt: idque maximo suo damno faciunt, eoque Sacramentorum contemptu seipso maximè lèdunt. Qui enim media, diuinitus ad salutem nostram ordinata, contemnunt, si unā cum illis mediis etiam beneficia diuina respuunt & abiciunt: & iure damnantur, quia ablata gratiam Dei repudiant. Ac tales perinde videntur facere, ac si quis mare aut altum quodam flumen sine ullo nauigio transire vellet, qui tamē natare nunquam dideisset. Quem autem eundem talis temeritas habitura esset, eundem etiam corum temeritas consequetur, qui media à Deo data vilipendunt, & ad suam salutem nihil pertinere opinantur. Quare & hunc errorem toto pectore detestemur, & tanquam valde perniciosum, fugiamus.

*Transitio
ad textrū.*

Satis (pro huius quidem temporis ratione) dictum est de Christi Circumcisione: audiamus etiam quædam de Nomine, quod Christo in Circumcisione

one impositum est. Sic autem verba
textus habent : vocatum est nomen
eius IESVS: quod vocatum est ab An-
gelo, priusquam in utero conciperet. *Luce. 2o.*
Solitus est autem Dominus qui-
busdam personis nomina imponere, genere Di-
priusquam nascerentur: ut significare= *daſca; que-*
tut, eos in praeclaros viros euafuros; *ſtione ſim-*
& simul feret etiam ipſa nomina de ipſo=
rum officio, quod gesturi erant, homi-
nes ad monere poterant; de qua re pro-
lixè dicendi, nunc non est locus. Hac
ratione etiam Dominus Deus filio suo
vnigenito nomen dedit, priusquam in
utero Virginis Mariæ incarnaretur. *Luce. 1o.*
Angelus enim ad Mariam dicebat: Et-
ce concipies in utero, & paries filium, *Quid voca-*
& vocabis nomen eius Iesum: hic erit *bulum fi-*
magnus, & filius altissimi vocabitur.
&c. Quid igitur vocabulum Iesu si-
gnificat? Est autem (dilecti in Domino)
hoc vocabulum Hebræa vox & SAL-
VATOREM denotat: quæ sanè dul-
cissima est appellatio. Ideo autem Domi-
nus Deus noster filium suum vnigeni- *Causa bu-*
ius nominis

tum, Iesum appellare voluit, ut statim ex nomine officium eius intelligere possemus. Et cum hac appellatione consentit etiam concio Angeli, q. i. cum Pastoribus Christi Nativitatem annunciat, inter alia dicit: Natus est vobis hodie SALVATOR, qui est Christus. Qualis igitur Christus est Saluator: aut quam ob causam Saluator vocatur & Audiamus ea de re Angelum Domini, qui cum in somnis apparisset Iosepho [cui virgo Maria sponsata fuerat] ait ei: Noli timere accipere Mariam coniugem tuam, quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. Pariet autem Filium: & vocabis nomen eius IESVM: Ipse enim SALVVM FACIET populum suum A PECCATIS EORVM. Christus igitur vocatur Iesus, quia saluatot est: hoc est, quia nos salvat seu liberat a peccatis nostris. Hoc multò maius est beneficium, quam si uno momento genus humanum libaret a morbis, a paupertate, aut alijs huma-

Luke x.

Matth. i.

humanis miserijs, quæ hominibus in hac
vita molestæ sunt. Qui enim liberatus
est à peccato, huiç omnes huius vitæ
calamitates nocere non possunt. Ma-
gnam igitur ex nomine Iesu consolati-
onem & utilitatem capimus. Quoties
enim conscientia nostra propter pecca-
ta admissa nos accusat, nobisq; damnationem
æternam minitatur; mox nomi-
nis IESV meminerimus, & ex penda-
mus apud nos, cur Filius Dei sit voca-
tus IESVS, nempe, quia Saluator est;
hoc est, quia suo sanctissimo merito sal-
uavit seu liberauit populum suum à
peccatis eorum. Ad populum autem
Dei pertinent omnes, qui in Christum
credunt. Quare recordatione huius
dulcissimi nominis IESV compescamus
nostram conscientiam, eamque rursus
tranquillam reddamus. Non enim ut
Christus ipse de se testatur (misit Deus
Filium suum in mundum, ut iudicet
mundum; sed ut saluetur mundus, per
ipsum; Sed & in externis afflictionib; &

*Effeclus
seu utilie
tas huius
nominis.*

Ioan. 3.

I. 4. calamis

calamitatibus consolationem ex nomine Iesu haurire possumus. Cum enim affligimur, venit nobis quandoque in mentem, Deum esse nobis, ut peccatoribus, iratum: & veremur, ne Deus nos oderit, & abiecerit. Hic ad nomen Iesu nobis confugiendum est. Quomodo sic nimis, ut cogitemus: En, pater coelestis misit Filium suum unigenitum tua causa in mundum: eumque IESVM vocauit, propterea quod Saluator esset

L. Ioan. I. futurus, qui de peccatis tuis emundaret: quod & suo sanctissimo sanguine effecit. Deus ergo tibi propter hunc Iesum Salvatorem fauet: & ea, quae tibi aduersa immisit, non eo consilio immisit, ut te perdat, sed ut te saluet, ne cum mundo pereas. Habes Deum clementem Patrem, propter filium suum Iesum: ergo & paternè te (oportuno tempore) rursus liberabit & eripiet, ut ipsum perpetuo celebres. Quare, Chari

8. Cor. 11. mmissi in DOMINO, cum in nomine

Psal. 50. adiacens. Iesu tanta nobis reposita sit consolatio, lauda-

laudabili consuetudine in Ecclesiam introductum est antiquitus, ut Christiani auditio nomine Iesu caput aperiant, & genua flectant. Hac enim ceremonia testantur reverentiam suam, qua SALVATOREM suum Iesum Christum prosequuntur. Solemus caput aperire, & genua aliquantum inflectere, cum magno:rum Principium aut Regum fit mentio : qui vel de Ecclesia Dei, vel de Republica, præclare sunt meriti : quantum magis nos haec pia ciuitas decet. cum nomen Iesu Saluatoris nostri audimus : quod illi (consolationis nostræ causa) impositum est ab Angelo (Legato Dei) priusquam ille in hunc mundum nasceretur. Et quid mirum, si nos Salvatori nostro honorem habemus, & ad hoc nomen eius genua inflectamus, cum etiam hostes eius, Diaboli, ad illud contremiscant. Sic enim Paulus de Christo inquit : Propter quod & Deus exaltauit illum : & donauit illi nomen, quod est super omne ^{Philip. 3}

nomen : ut in nomine Iesu omne genu
spectatur, cœlestium, & terrestrium, &
infernorum, & omnis lingua confitea-
tur, quod Dominus noster Iesus Chri-
stus in gloria est Dei Patris. Et hæc de
nomine Iesu dicta sufficiant.

Epilogus.

Audiuimus autem dilecti in Do-
mino) in hac concione : Primo qui-
dem, Quid sibi voluerit olim Circum-
cisio, in veteri Testamento instituta : &
quale illud fuerit Sacramentum. 2. Cur
Christus fuerit circumcisus, nempe, non
sua, sed nostra causa , ut legi lese subijce-
ret, nosq; à legis maledictione libera-
ret. 3. Et quomodo nos corda nostra
circumcidere debeamus, videlicet, mor-
tificatione veteris Adami, dum cupidi-
tates prauas compescimus , ne in opus
erumpant. Secundo didicimus : quod
ex Circumcisione (quæ octauo die fie-
bat) rectè concludatur , Infantes esse
Baptizandos, 2. Et simul admoniti estis,
Sacramenta diuinitus instituta non esse
contemnenda , aut eorum usum negli-
gendum.

gendum. Tertiō dictum est de Nominē
IESV, quod ab Angelo illi (ante na-
tūritatem eius) inditum est : quid illud
significet; videlicet Saluatorem, quippe,
qui nos à peccatis nostris saluos faciat:
& quanta in ea re sit consolatio in ten-
tationibus & afflictionibus, quod scī-
mus Filium Dei vocari Iesum, & eun-
dem esse nostrum Saluatorem. Ho-
noremus igitur nostrum Saluatorem
IESVM, eumq; cum Patre & Spiritu
sancto celebremus, sic fiet, ut eum per-
petua lāetitia in omnem æternitatem
laudemus: quod nobis largiatur
Deus Trinus & unus,
AMEN.

FINIS CONCI-
ONIS.

Praetura exempla Concio-
num addere nolui, ne li-
bellus nimium cresceret.
Qui plura exempla expetit, dili-
genter legat Homilias in Lu-
cam & Ioannem, Clarissimis
de Ecclesia optimè meriti viri,
Domini IOANNIS BREN-
TII, pia memoria. Hic enim an-
de in Concionando ratione obser-
uauit. Quare illa sua pia doctrina,
& miranda perspicuitate
& simplicitate, plurimum &
Ecclesia Ministris & audit-
ribus profuit, hodieq; prodest.
Quare tanti viri scripta iis, qui
piam & perspicuam docendi

rat-

rationem in Ecclesia desiderant,
 commendanda esse duxi. Rogo
 autem pium Lectorem, ut hanc
 meam qualem cunque operam,
 quam instituenda inveniunt i m
 pendi, a qui bonis consulat. Ni
 bil enim meliora tenentibus
 præscribere, sed tantum
 rudiores docere
 volui.



VVITÆ BERGÆ.

Excudebat Lorenz Seuberlich.

ANNO 1527. Confessio 3269

Elenchus Lectorum in
Medulla Theologiae A. Martini

1.	De sacra scriptura.	pag. 14.
2.	De Deo uno et Trino.	12. - 19.
3.	De Filio Dei.	pagina 26.
4.	De Spiritu Sancto.	p. - 33.
5.	De Angelis, bonis et malis.	- 37.
6.	De libero arbitrio, et iniquitate.	D. 41.
7.	De peccato.	pagina. - 848.
8.	De lege.	pag. - - - 53.
9.	De Evangelio.	p. - 58.
10.	De iustificatione fidei.	- 63.
11.	De bonis operibus.	p. - 69.
12.	De palepsate claridate.	- 79.
13.	De paenitentia.	— 75.
14.	De virtutibus Hierarchicis.	85.
15.	De sacramentis.	- 93.
16.	De Baptismo.	- 99.
17.	De Cœna Domini.	- 106.
18.	De prævidentia Dei.	- 114.
19.	De morte damnationis.	- 120.
20.	De Ecclesiæ beatissima.	127.

21. de Liberte de Chrestiana,
cesteuris et scandalo. - 134.
22. de Crise et perte des. - 120.
23. de Morte sepulture et
Resurrectione. - 147.
24. de Confirmatione secunda
extremo iudicio. - 154.
25. De inferno ac vita a
eterna amen. - 200.

~~So glori ich Jesu Christ
Kreuz Christi ist der Welt~~
Halleluja mit Christus
Eum neigen Erbrey.
Halleluja q^u
melijs.

Tractatus de Trinitate.
Hypostipes in hoc est ad
formam et intensionem
corpus Doctrinae collig-
amus et summam ante-
culorum. et recipimus
eum perspicua et ve-
ra explicatione comple-
tum, et hanc sum-
mam mente inclusam
nobiscum perpetuo
circumferamus.

Ante ruat coelum,
videantq; haec cum
ita ruinam,
Quam sibi si-
denter dese-
rat ipse
Deus.